





1739,4  
15  
26

JOACH. GOTTH. SPARMANNI  
J. U. D.  
TRACTATIO JURIDICA  
DE  
PRÆROGATIVA  
JURIS GERMANICI  
PRÆ  
JURE-ROMANO  
IN MATERIA  
PACTORUM DOTALIUM  
IN ALMA GRYPHICA  
ANNO MDCCXXXIX ET XL.  
DUABUS DISSERTATIONIBUS  
PUBLICE PROPOSITA.

---

GRYPHIS W ALDIÆ  
apud JOHANN JACOB WEITBRECHT Senat. Bibliop.  
Anno 1742.

[Braes: Aug. Balthasar]







PRAEMONENDA  
ad  
*Humanissimum Lectorem.*

Scripti Ao. MDCCXXXIX. & XL. duas de *Praerogativa juris Germanici*,  
que publice in Alma ventilavi Gryphica. Quoniam vero varia non irreper-  
seri nt solum via typographica, sed & hinc inde quedam dicta fuerint &  
asserta, quae vix ac ne vix quidem examen, quod vocant rigorosum, su-  
stinerint, necessarium hinc duxi, haec qualia qualiacunque relegere spe-  
cimina, errores pasim commissos notare potiores, novumque & quidem  
generalem reliqui intacts, que superfunt, exemplaribus praefigere titulum,  
vel quod idem, in forma pecularis hoc institutum meum exhibere tractatio-  
nis. Pag. 5. accuso THOMASIUM nimiae in adstruendo pandectarum exi-  
guo usi liberalitatis; recte etenus quidem, male vero eundem notavi,  
quod juris Naturam in nullum redegerit censum precepta; qui enim jus  
Nat. hoc scelus apud nos dici potuerit receptum? Pag. 21. Contra BOEH-  
MERUM dispuo frustra, quippe, circa *formularia*, apud Romanos stricti ju-  
ris fuisse negotio. Cardo Questionis erat, utrum omnia indistincte *Facta*  
*Dotalia* legitimam fuerint nec ne? sin prius, BOEHMERUS erraret manifeste,  
*Justinianus* enim §. 29. *Infl. de action.* non omnem pro Dote petenda re-  
petendaque actionem, bonæ fidei statuere voluisse, manibus potest palpari.  
Sed salva res est, rationibus enim, que hoc facere videntur, accurati sub-  
ductis, facile animadverti, ea saltim facta dotalia, que marito pro Dote  
exigenda mulierique ac ejus parenti pro Dote repetenda competit, hic  
a *Justiniano*, prout legitima & bonæ fidei supponi, vid. L. 6. C. de Dote  
Promis & L. Unc. C. de Rei ux act, cetera omnia Facta ab extraneis inter-  
posita personis pertinuisse ad *Nuda*, hinc solemnam requisivisse stipulatio-  
nem, & ob id ipsum stricti mansisse Juris. Non obstat L. I. C. de Fact.  
conv: Legem, quam dixisti, cum dotem pro alumna dares, servari oportet, nec  
obesse

obligetib[us] debet, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci, tunc enim hoc dicimus, cum pactum nudum est; alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea convenit, utilis est conditio. Commodo enim h[ec] Lex de Patre adoptivo intelligi potest, & noranter subjicitur a Severo & Antonino: alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea convenit, utilis est conditio, ex quo apparer, hic non pactum simplex, sed contractum potius realem innominatum prestatione scilicet, seu causa civili nixum subesse. Pag. 22. communis DD. inhaereo opinioni, quod nimurum contractus sic distinguitur, sive reales, sive natura rei requirant traditionem, in quo tamen aperte substantia contractus, quippe quam consensu absolvit, cum ejusdem executione confunditur. Miror sane STRYCKIUM & HEINECCIUM JCTos acutissimos alias, hanc passim favore sententiam, & inter pactum de mutuando, commodando &c. & ipsum contractum mutui, commodat distingue-re, cum tamen nullum interesse, num quis ex pacto, an agere dicatur contractu[m] possit affterri. Taceo in contractibus innominatis Virorum celeberrimorum philosophiam sua sponte cadere. Instat HEINECCIUS in Elementis Jur. Nat. Lib. I. Cap. 13. §. 342 quamvis, dicendo enim iure naturali & solus consensu de usu rei alteri prestanto, obligat: nondum tamen commodatum est, quia is, cui hoc promissum, ad rem, quam nondum accepit, in specie restituendam nondum est obligatus, sed pactum de commodando. Inter haec vero ipsa discrimen esse, vel inde patet, quod ex commodato obligatur commodatarius ad rem restituendam, ex pacto autem de commodando, promittens, vel commodaturus, ad rei uicum prestantum, adeoque diverse obligations ex illis negotiis nascuntur. Verum hac ratione quoque inter ipsam locationem conductionem v. g., & pactum de locando conducedo distingui posset, nimurum, cum & hic diverse sint locatoris & conductoris obligations, nec quis dixerit unquam, conductorem ad exsolvendum pretium conventum teneri prius, quam res revera locata fuerit. Haec pauca præmonere volui, debui, in ceteris, salvo humeris Lectoris judicio, subsistens, Dabam Gryphie VII. Cal. Jun. Ao. era Christi. MDCCXLII.

J. G. SPARMANN.





CAPUT I. PRÆLIMINARE.  
DE  
RECEPTIONE JURIS ROM.  
ET RETENTIONE JURIS GERM.  
IN FORIS GERMANIÆ.

S. I.

ualem qualem etiam Jus Rom. in Germania sibi vindicaverit auctoritatem, domestica tamen iura ut funditus extirparentur, majorumque mores ac instituta penitus abjecerentur, hucusque usus non efficit,

Patria nostra  
& Rom: &  
Germ: admi-  
nistratur  
jure.

nec hac stante rerum facie unquam efficiet. Egregie pro more suo Illust. HEINECCIUSS in Praefat., priori edit. Elexi. Jur. Germ. præmissa, hanc rem exponit, ubi pag. 5. postquam diversi DD. partim nimis abjecte partim nimis magnifice de utroque & Rom. & Germ. iure sentientium, judicia reprehenderat, ita pergit: *Expensis enim que hoc facere videbantur omnibus, rationibusque paulo ac curatius subductis, facile animadverti, verissimum esse, quod ex instituto & non sine adparatu demonstrarum Viri doctissimi: regnare in foris nostris Romanam jurisprudentiam; sed ita regnare, ut*

A

nondum

2 CAP. I. DE RECEPT. JURIS ROM.

nondum violari hospitii iuris, vel plane in exilium egerit jus patrium,  
sed utrumque jus locum suum, & Germanicum, tanquam patrium,  
Romanum, tanquam in subsidium receptum in judiciis, tueatur.  
Ipsa de hac veritate testatur totius Germaniz praxis, ut  
& plane supervacaneum foret multa corraderet velle te-  
stimonia ac exempla. Cum vero de ipsa Juris Rom. re-  
ceptione, ac Germanici, ceu patrii iuris, retentione, quæ-  
dam præmissæ ab instituti ratione non abhorrente duxer-  
im, præprimis, cum, ut in quam plurimis, ita in præsenti  
de *Pactis Dorabibus* materia, utriusque juris vix ac ne vix  
quidem evitari possit confusio, nisi præcognoscamus quo  
usque Rom., tanquam peregrinum, Germ., vero jus, tan-  
quam domesticum, obtineat: spero, fore, B.L. mihi per-  
missurum, ut hic paululum subsistam, & imbecille judicium  
meum, dehac, alias jam inter eruditos valde (quod non  
diffiteor) agitata materia, pauca quædam præliminari-  
ter exponam. Evidem mihi quis objiciet, quod aetum  
agam, & materiam jam sepe peroratam & discussam (qua-  
lem vocare solent: eine ausgepeitschte) attingam, maxime,  
cum eadem non solum a plurimis incidenter tacta, sed  
& a multis Viris doctissimis ex instituto ac succincte tra-  
data fuerit. Verum, quicquid hujus rei sit, & quotquot  
etiam Eruditorum de hocce themate prostant scripta,  
nondum tamen illud communis quasi fori disputatione  
decisum video, sed fuit & manet (plerique enim vel LL.  
Germanicis nimis favent, vel etiam omnem juri Rom.  
suam consecrant operam, paucissimi vero mediam in-  
greduntur viam) hucusque controversum; unde mihi  
non erubescendum esse arbitror, ingenium quæcun-  
que meum hic experiri, & adjectis pauca adjicere.

Lynckeri  
aliorumque  
de receptio-

Variae sunt recentiorum (turbam enim proletariam  
ne Jur. Rom. Legistarum illam, que, nescio quoquid in legibus Rom.  
sententia in deprehendi divisa esset, sibi imaginatur, tanto in easdem  
excessu,

§. II.

incidit

'incidit u, affectut & credit, si vel iota periret, de æternæ salutis agi dispendio, plane non curo,) )Corum de receptione Rom. & retentione Germ. juris opiniones, L. B. de LYNNCK in Com. ad jus civ. ad tit. de orig. juris §. 12. & in anal. ad STRUVI Syntagma Exerc. II. th. 35. quique eum sequuntur JOAN. CASP. HEIDELMANN in Diatribe hisp. jurid. de receptione jur. Rom. Sect. III. §. 4. & SALOM. BRUNQUELL in Historia jur. Rom. Germ. P. III. cap. XI. §. 7. existimant: jus Rom. generalem, etiam in pugna cum lege antiqua Germ., pro se habere præsumptionem, & non tantum eatenus, qua actu observatur aut observari potest, sed & in complexu, h. e. qua omnes totius juris particulas ac capita, receptum esse. Quousque prius asserti membrum suo nitatur fundamento, h. l. non disquiram, cum de eo mox infra pluribus dicendi locus erit; quocirca heic de posteriori saltē follicitus ero. Sicuti vero lubenter concesserim, jus Rom. non tantum eatenus, qua actu observatur, sed & qua salvo jure patrio observari potest: (est enim commune suppletorium jus, & ea abuīdans legum copia, ut hucusque vix penitus exhaustiri potuerit,) ita tamen in id, quod qua omnes totius massæ particulas ac capita receptum sic, nunquam consenserim. Evidēm constitutions Imperatorum MAXIMILIANI I. CAROLI V. FERDINANDI I. &c. (\*) in quibus laudati *Autores* maximum ponunt fundamentum, de generali subsidiaria loquuntur juris Rom. receptione, nec ad certa capita restringuntur, sed illud, ut communē subsidiāle jus, agnoscunt, vid. SAM. STRYCK discurs. prelim. II. M. ff. de usū & autoritate jur. Rom. in for. Germ. §. 24. seq. & BRUNQUELL d. L. cap. X. §. 33. seqq. Verum, si dicendum quod res est, ex hoc ipso directe contrarium liquet; nimur: jus Rom. non in suo complexu, sed saltē eatenus, quatenus ejus subsidio opus est, & quatenus in iure Germ. nihil decisum, receptum esse. Cum enim tot dōmesticī juris principiis, partim ex ipsa diversa status ratione, partim etiam majorum institutis &

## 4 CAP. I. DE RECEP. JURIS ROM.

consuetudinibus descendentia, remanerint, ob quæ jus Rom. in quam plurimis, & quidem amplissimis, materiis v. g. in divisione personarum, rerum, pactorum & contractuum, delictorum & quam plurimarum actionum, ut tot specialiora intacta relinquam, de quibus, v. THOMASIUM in *Dissert. de rite formando statu controversie: an legum Rom sit freq. an exiguus usus &c.* nec non in *Vindictis solidis Corollarii de exiguo ff. usu in foris Germ* (\*\*), vel plane non, vel saltē mutilate, observari potest; quo jure, quæso! jus Rom. in complexu receptum haberi potest? Regeris cum illuſtr. BERGERO in *Diss. de usu act. penal. §. II.* jus Rom. in istiusmodi capitibus v. g. in actionibus penalibus in duplum, triplum & quadruplum, minimum aptitudine, seu habitu, atque primo receptum esse, licet non actu secundo, seu exercitio, obtineat; ast paulo distinctius loquaris, rogo! Si enim tibi sermo est de aptitudine in receptione, concedo quidem totum argumentum, verum sic aperte tibi contradicis, eoque ipso profiteris jus Rom. non esse receptum, & miror, cur non & leges *Moscoviticæ & Poloniæ &c.* tunc actu primo in Germania habeas receptoras; Quod si vero de aptitudine in applicatione loqueris, prius velim probes, illa, contrario usu hucusque observata, juris Germ. principia, quæ primario judici multam addicunt, conf. illuſtr. BÖHMERUS in *Dōctr. de act. Sect. I. cap. III. §. II.* & præterea furtum & rapinam non ut privata, sed publica, delicta capitaliter vindicant, in desvetudinem abiisse, vel etiam recenter esse abrogata. (\*\*\*). Ast mitto hoc, alterum extreum visurus.

(\*) In quibus omnibus cum ubique jura patria & rationabiles mores ac consuetudines, die alte wohl hergebrachte/ rechtmäßige/ und billige Gebräuche/ item redliche/ ehrbare und leidliche Ordnungen/ Statuten und Gewohnheiten/ expressis verbis referuntur, facile animadverteris, quid de testimonio L E H M, in Ciron. Spir. L. IV. c. XXI. Es sey in keiner Historie zu finden/ daß ein Kaiser oder König dieselbe alte Gesetze der Deutschen abgeschafft/ oder andere Rechte an Dero statt anzunehmen geboten/ bis bey Aufrichtung

ET RETENT. JUR. GERM. 5

tung des Kaiserlichen Cammer-Gerichts / die Kaiser / Fürsten und Stände des Reichs nach denen gemeinen beschriebenen Römischen Rechten alle Bürgerliche Streit- und Recht-Sachen zu entscheiden übernommen und verabschiedet/ habendum sit.

(\*\*) Evidem in omnibus non audeo adstipulari *THOMASIO*, maxime, cum in corollario suo, & quidem asserto: *evidentibus demonstrationibus doceri posse*, *vix vigesimam partem Pandectarum ad praxin fori Germ. accommodari posse*, nimis mihi videatur effe liberalis, & non solum ea, qua sunt in jure Roman. juris N. plane omittat, sed & ipsa arbitraria v. g. numeralia, temporalia & solemnia partim negligat, partim impugnat; Quomodo tamen ultra usum, vel ad maximum observabilitatem, receptio extendi queat, ego quidem capere non possum. Ast audiamus philosophiam laudati *HEIDELMANNI* cit. diab. S. II. § 4: *Neque beic est*, inquit, *quod quis excipiat, jus civile circa multa negotia, que bodie plane ab usu receperunt, (potius quo ob contraria juris Germ. instituta nunquam introduci potuerunt,) dispositiſſe, conſequenter ſecundum illam dispositio-nes non poſſe dici receptum.* Siquidem leges etiam novifime promulgatae & sine controverſia recepta non ante adhibentur, quam casus, quem preſupponunt, exiſtat. *Quo non exiſtente, neque lex vigorem ſuum, ut et recepta, potest exiſtere.* Quare, li-*cet multa negotia, que jus Rom: preſupponit, ob temporum diverſitatem bodie non dentur, jus Rom. tamen totum dici potest re-cep-tum, cum contineat tacitam illam conditionem: *ſi quando caſus ſimilis (caſum forte prævidet Auctor, quando vetus illa Roma in noſtra Germania refuſgar, haecque in illam refor-meretur, undejam eventuſiter follicitus eſt, ut, exiſtente eo ca-ſu, totus hicce LL complexus in promtu ſit, nec nova hujus maſſe opus fit receptione;* ast doleō vicem Viri doctissimi quod tam inani ſeſe voluerit fatigare metu, & caſus nunquam dabiles divinare.) extiterit, nam ideo poriſſimum universalis iū-ris Romani recep-tio dicitur, quod singula ejus leges, ſi quando caſus earum exiſtat, neque in legibus recentioribus aut moribus definitus ſit, ſuum in foris uſum exiſterant Verum, quis hic non animadvertit paradoxa. Sic (a) duo diverſissimi caſus aperte ac inepte confunduntur, cum iſte iuriſ Rom. particula, que ſal-vis petri iuriſ institutis obſervari poſſunt, dummodo caſus exiſtant, cum illis, quas contraria Germaniae obſervantia plane non admiſit, nec rebus ſic ſtantibus unquam admitemere potest, com-panantur; (b) simile illud a legibus noviter latis defumtum*

## 6 CAP. I. PRÆLIM. DE RECEPT. JURIS ROM.

graviter claudicat, cum haec non in libiduum disponant, aliudque  
jus primarium, uti jus Rom. facit, præsupponant, sed simpliciter  
& primario decidant, (e) Vera ratio, cur tot juris Rom. capita  
non obtineant, supprimuntur, & *Auctor* generaliter saltem in longo  
non usu & temporum diversitate subsistit, hoc vero omittit,  
quod omnium ferme horum capitum non usus & non obser-  
vantia, in ipsis juris patrii contrariis instituit latet; Quod  
plurimi vel non attendunt vel etiam ex impetuoso in jus  
Germ. odio attendere nolunt, (d) denique cum *Auctor* omnia  
jur. Rom. capita, quae nec observantur, nec etiam observari possunt,  
eum in finem recepta haberi vult, ut, si quando casus existant,  
(potius si coluntur decidatur,) adcommodari possint, receptionem  
fiam ad quavis non dabilita & impossibilita extendit, immo, si di-  
cendum quod res est, mihi nihil aliud videtur dicere velle,  
quam quod, si quis piper, cui vero s.v. multum muscerde im-  
mixtum, emat, tum non solum piper sed & muscerde emta  
optimeque reponenda sit, ut, si quando, in piper evadat, ad  
elegam adhiberi queat. Ritus teneatis amici!

(\*\*) Hinc sua sponte collabuntur quæ STRYK d. I. §. 34. de negli-  
gentia civium & non usu superfruit; quæ enim revera non-  
duso recepta sunt, nec debent etiam negligenter & non usu tolli,  
sed per se jam sunt fablata. Ceterum ea, quæ in jure Germ.  
de Wehregaldo passim habentur, & adhuc hodie certis casibus  
obtinere possunt, conf. Illust. HEINEC. Elem. jur. Germ. L. II.  
ff. XVIII. s. 25. seqq. aliqualem quidem cum jure Germ. ha-  
bent similitudinem, re ipsa tamen ejusdem receptioni magis ob-  
stant quam prosunt; sed hæc obiter.

## §. III.

Alii contra, ut CONR. SINCERUS, vel potius Joan.  
KULPISIUS in Diff. Epist. de Germ. LL. vet. ac Rom. jur. Com.  
probl. 4. arbitrantur; leges veteres Germanicas omnia-  
que majorum instituta, uti eadem in literis ad nos per-  
venerunt, adhuc hodie primario esse in vigore, & sun-  
datam allegantibus dare intentionem; jus Rom. vero non  
dare fundatam intentionem, nisi saltem pro ea parte, qua  
quis eius receptionem probaverit. Verum, sicut qvi-  
vis facilime animadverterit hoc posterius in defectu  
peccare & cum communī ac publicā jur. Rom. auctori-  
tate

Kulpisi ac  
Kefneri in  
defectu re-  
spectu, juris  
Germ. vero  
in excessu  
peccat,

tate pugnare, ut taceam, maxime tum jurisprudentiam reddi incertam: ita & prius, licet gravioris aliquantum videatur quæstionis, nec sine circumspetione negari posit, non minus suos habere nœvos, & dummodo rem ipsam paulo penitus attendamus, magis ad pia desideria, ut ita loquar, quam rei veritatem pertinere, non difficile quis deprehenderit, qvi tantum considerare voluerit, nec leges antiquas populorum Germ. ut *Franconum*, (qvo in specie *L. Salica* & *Ripuariorum* refertur,) *Allemannorum*, *Bajoariorum*, *Erisonum* &c, nec ipsa *Capitularia Regum Frane*, nec etiam recentiores sub *Seculo XIII.* & *XIV.* privata auctoritate factas collectiones, ut *Spectulum Saxon.* & *Suev.*, suam in patria, retinuisse auctoritatem, sed partim temporum rerumque vicissitudine exolevisse, partim etiam peregrinorum jurium introductione non parum decrevisse. Antiquissimas enim leges quod attinet, præterquam quod particulares saltem hujus vel illius, maxime vero incertæ adhuc sedis, populi consuetudines ac mores fuerint: (unde & ridiculum foret, easdem universæ Germaniae obtrudere velle, cum nequidem huic vel illi Provinciarum tractui, quippe cum adhuc sub judice lis est, quæ loca olim *Allemanni*, *Bajoariorum* &c, inhabitaverint, præcise attribui ac vindicari possint,) ita & peculiarem formam suam sub ipsis demum *Francorum Regibus*, quippe qvi easdem collegunt, confirmarunt, suisqve *Capitularibus* auxerunt, videntur accepisse, confer, omnino laud. BRUNQUELL. in *Hib. Jur. P. IV. Lib. II. per tot. qvo circa earum auctoritas ipsis capitularibus diutius subsistere haud potuit.* Hæc vero, quantum extinta *Carolingica stirpe*, passa fuerint mutationem, metamorphosis in hac periodo insecura patriæ nostra sat & abunde testatur. Cum enim multa in legibus *Carolinis* continerentur, quæ ad Principum, plenariam affectantium & libertatem & potestatem, non essent palatum, in superque in misera facie composita Germania

## 8 CAP. I. DE RECEPT. JURIS ROM.

mania nostra, non tam legibus, quippe, quarum paucis-  
simas saltem ab Imperatoribus hoc medio ævo latas de-  
prehendimus, quam propriis moribus ac consuetudini-  
bus gubernaretur; hinc non difficile est creditu, haec  
*Capitularia* cæterasque leges antiquas partim suppressas,  
partim etiam in temporum eorum tenebritate sua spon-  
te exolevisse. (\*) conf. THOMASIU*s in Delineat. historiae*  
*jur. p. 93. & BRUNQU. P. IV. c. IV. §. 1. seqq.* Qua propter  
fustra sane cum KULPISIO, nondum expresse factam ha-  
rum *LL.* abrogationem, crepaveris; iura enim per tot *Se-*  
*cula* sepulta, hodienum jure quasi postliminii in pristinum  
suum vigorem ad judicia nostra retrahere velle, non esse  
penes privatum, manibus quisque palaverit; (\*\*) ut tace-  
am, ex ipsa harum *LL.* collatione cum recentioribus collec-  
tionibus luculenter adparere, quam plurima earum capi-  
ta jam ipsa contraria Germanie observantia fuisse abo-  
lita. Idem etiam de duobus *Speculis* dicendum esse  
videtur; Sicut enim non totius Germanie, sed parti-  
cularium silem, (licet non nego, quam plurimorum,) locorum consuetudines hos libros comprehendisse, nec  
per omnem Germaniam in omnibus suis articulis sese  
extendisse, ex evidenter constat rationibus: (\*\*\*) ita &  
eorum auctoritatem, qualis qualis etiam in Germania  
obtinuerint, vid. A. B. Cap. V. §. 2. cui add. DATT. de  
*Pace Imp. publ. L. IV. c. 1. n. 7.* Cunde & plerumque jus com-  
mune Germ. audiunt, ) ingruentibus magis magisque  
& tandem publice receptis jure Can. & Civ., non parum  
iterum decrevisse, nec illi dissentent, qui totam Ger-  
maniam ad seculum usque *XV.* his duobus *Speculis* admi-  
nistram fuisse, rotunde afferunt. Vid. BRUNQUELL.  
c. l. P. IV. cap. VI. §. 27. Ad quod cum postea *Speculi Saxon.*  
(tanquam principalioris, & ex quo Spec. maximam par-  
tem extcriptum fuerit. Id. d. l. §. 29.) expressa profliga-  
tio e plurimis *Saxonia inf.* provinciis acceperit, facililime  
conjecturabis, qualis extra natalem fedem, h. e. *Saxoni-*  
am,

cum, eidem sit tribuenda auctoritas, & quam parum juris Romani auctoritati obstet. Conf. de his omnibus præter eit. Auct. Dn. STEIN in Dissert. inaugurali de Prerogativa jur. Rom. præ vet. jure Germ. &c. sub præsidio Illust. Domini MANTZELII, Preceptoris olim fidelissimi ac Patroni maximopere devenerandi, Rostochii 1736. habita, cap. I. per tot.

(\*) Unde non immerito quis potest conjicere, eadem ferme his, quæ olim LL. Regius juxta l. 2. §. 3. ff. de orig. jur. (ex cuius verbis: exactis deinde Regibus Legi Tribunicia, omnes leges haec exoleverunt, cave tamen conjiccas, has ipsas leges, speciali quadam lege abrogatas esse; hunc enim communem errorem feliciter detectis Illust. HEINEC. Antig. Rom. proem. §. 3. l. c) contingisse fata, & quicquid ex illis superfiterit, non juris scripti, sed morum factum ac consuetudinum retinuisse vim naturamque.

(\*\*) Idque plane non esse & re, pulcherrime exprimit Illust. HEINEC. in Dedicat. Elem. jur. Germ. ad Illustriſſ. L. B. de Cocceji. Nēque enim ignoro, scribit, Te magnopere abborrere ab eorum sententia, qui, explosa jurisprudentia Romana, veterem illam Germanicam revocandam, i. e. pro frugibus repertis, glandibus iterum vescendum esse, arbitrantur. Enim vero a consilio ipso, quo nullum capi posset solitus, si quisquam alius, & ego profecto vel maxime abborro, satis quippe ignoras, iura a majoribus nostris constituta, nec Legum equitate, nec auctoritatis pondere, nec utilitatis auctoritate cum Romanis esse illa ex parte comparanda: quæ & LEIBNITHI in quadam epistola ad Kefnerum opinio est. Non minus etiam HEIDELMI. Sect. I. §. 13. ad Kulpisi argumentum: ea nimis, quæ bōdie consuetudinem imperialium nomine in Joann. Meißlineri decisionibus Camer. Gylmanni & Wehneri Sympor. lib. apud Gaillum, Myssingerum &c. venditentur, revera juris scripti Germ partem esse, indequā suam habere originem, &c. adpositae respondit: Verum enim vero largiamur, inquit, ea quæ consuetudinem tum imperialium tam particularium nomine apud adlegatos auctores venditantur, esse juris antiqui Germ. partem, num, quia ex legibus illis descendunt, valent bōdie in nostris iudiciis, an quia continuo fori usū observata? mibi certe posterius videtur. Nam nuspianu memini legisse vel audirię, in iudicio consuetudinem adleganti illi suis injunctum, ut illam ex antiquis legibus scriptis descendere, vel extare in Heroldo, Lindenbrogio, Pitheo, &c. sed

## 10 CAP. I. DE RECEPTE JURIS ROM.

boc solum, ut illam esse consuetudinem, h. e. continuo fori usu receptam ostendat. Non tamen est, quod quis ex his concludat: ergo has leges earumque collectiones hodie plane inutiles ac supervacaneas esse; praterquam enim quod ipsa *Excellentissimum Virorum opera & cura contrariam* jam posse suggerere præsumptionem: ita revera plurima juris Germ. moderni consuetudinarii principia, uti solius *Illustr. HEINECCI* incomparabile opus *Element. Jur. Germ.* egregie demonstrat, & quod nec ipsi, alias recte a *KULPISIO* ceterisque harum *LL.* Patronis dissidentes, diffiteri possunt, ex iis ipsis legibus descendunt; quocirca maxime foret impudentiae, ex eo, quod pro fundata intentione, in hac vel illi speciali casu, parum aut nihil faciant, inducere velle, easdem etiam in genere ad patrii juris conservationem, melioremque explicationem parum aut nihil conferre.

(\*\*\*) Utrumque ex eo adpareat, quod sub his ipsis *Sæculis XII. XIII. & XIV.* quam plurima loca & civitates Germaniae sibi propria, & a Saxonice non parum diversa, constituerint jura; de quibus vid. *BRUNQVELL. d. I. C. VII.* per tot. posterius vero in specie ex variis, quibus alias ipsa *Jura Saxonica* confirmantur, *Constitutio- nibus*, ut v. g. ea, quam de *Archiep. Magdeb.* refert *CONRING. de orig. jur. Germ. cap. XXXIII.* in qua quidem *Jura Saxonica*, ait, NB, ita observari jubentur: *So weit sie in diesem Erz Stift angenommen gehalten und geurtheilet werden: nec non Sanctione FERDINANDI III. de anno 1641, ubi die Silesia confitetur: daß das Land Schlesien des Sachsen Rechts sich NB. guten Theils von al- ters her gebraucht.* quam adducit al. Dom. *STEINI in f. b. § cit. cap. I. § ult.* ut taceam, quod jam ab initio *jur. Pontifici-* in multis [ut ex ipsa multorum articulorum publica reprobatione, a *Papis GREGORIO XI. & EUGENIO IV.* facta, de qua vid. *STRUVII Illustr. jur. Germ. p. 47.* adpareat] *juri Saxon.* contrarii, nec non ad ipsas causas civiles non parum suas protendentes manus, conf. ea que habet laud *CONRING. cit. Tract. cap. XXVI.* subi ex gravissimis argumentis evincit, his ipsis *Sæculis XIII. & XIV.* jam, non minimum fuisse *jur. Can.* etiam in causis civilibus usum, licet dissident *Illustr. BÖHM.* in *Jure Ecclesi. L. I. tit. II. §. 49. seqq.* cuius objectiones tamen hucusque a *Conringii* sententia dispellere me non potuerunt, id quod conflictui relin- quam non parum universalis, ut vulgo creditur, hujus *Speculi ob- servantie* obstat, mihi videatur auctoritas.

§. IV.

## §. IV.

Inter has sibi e diametro contrarias opiniones, Strykii sen.  
medium quodimmodo tenere viam videbatur *sepe tentia multis*  
*taud. SAMUEL STRYK in cit. Discurs pralim, de usu & aut. obnoxia du-*  
*J. Rom. §. 31. ubi, postquam in anteced. ex Recess. March. biis, exami-*  
*de 1534, inter alia haec habente: Und weil vormahls die citor,*  
Stände unserer Landschaft, sich einträchtig mit uns vereinigt, und verwilliget, daß hinsürder in unserm Churfürstenthum und Lande, Kayser-Recht &c. Derowegen unsere Prelaten, Herren, Mann und Städte, sich aller Gebräuche und Gewohnheiten, voriger Gerichte und Rechtnens verziehen und abgesetzt; (refert seſe quidem hic Elector ad aliquam jam antea f. Etiam Ordinum Provincialium generalem omnium pristinorum iurium renunciationem, verum ex ipsis causis specialibus qui hic deciduntur non obscure liquet, renunciationem illam in specie saltē ad istas Speculi peculiares & juri Saxon. proprias respexit consuetudines) ordnen und wollen, daß hinsürder in Erbtheilung, kein Heer gewette, gerade noch Mutheil genommen, &c. nec non ex Conſit. Due. Brunswicens de 1675. ubi ita: Wir RUDOLPH AUGUST Herzog zu Braunschweig &c. Demnach wir wahrgenommen, daß unser Stadt Braunschweig, das vormahls in unserm Fürstenthum und Landen zwar im Gebrauch gewesen, nachgehends aber von unsern lōblichen Vorfahren aus erheblichen Übrsachen abgeschaffte Sachsen-Recht (respicitur forte hic ad Art. 32. des Land-Tags-Abschieds zu Salzdahl de 1597., de quo vid. BRUNQUELL. P. III. C. X. § 41. l. a.) bis hieher in Ubung behalten; & postea: So sezen &c. wir, daß a dato dieses &c. in unser Stadt Braunschweig durchgehends kein ander, als das allgemeine beschriebene und in unsern Landen recipierte Kayserliche Recht, samt denen Reichs- und unsern Landes Constitutionen gültig seyn ic. pristinorum Saxon. iurium objectionem, ac generalem Jur Rom. receptionem in his-provinciis adstruxerat: item, ex GOTTMANNO V. I. Conf. 27. & 28. ac CARPZOV. de

## 12 CAP. I. DE RECEP. JURIS ROM.

L. Reg. C. II. Sezt. XIII. n. 7. probaverat, idem etiam in aliis vicinis Provinciis ut Ducatu Pomeran. & Megapol., factum esse, tandem ita concludit: *In iadibus ergo locis, ubi de generali receptione constat, pro omnium legum (Romanarum) observantia presumendum, donec de nova contraria consuetudine manifesto constet.* At vero, ubi pristinis iuribus & consuetudinibus non renunciatum, dubium omnino est, an duobus in judicio contendentibus, uno legem Justinianeam, altero observantiam antiquam allegante, huic vel illi probatio injungenda. Et puto: si observantia non sit notoria, pro illo, qui legem civilem pro se habet, pronunciandum, donec probata fuerit observantia contraria. *Jus civile enim generatim pro jure communi in constitutionibus Imperii habetur, salvis tamen rationabilibus moribus, (quo etiam SCHILBER Exercit. al ff. I. §. 11. & 12, nec non Exerc. XII. §. 11. collimat \*):* (*Atqui vero, quam diu de his moribus nondum constat, nihil obstat obligationi juris civilis.* Aliud omnino foret, si consuetudines illa notoria, vel literis consignate, uis quidem Saxonice sunt; *boc causa uno se in jure Saxonico fundante, altero in jure Romano, hinc incumbit probatio jus civile hoc causa obtinere, quippe quod alioquin non aliter, nisi Saxonico deficiente, obtinet &c.* Quod ulterius §. 33. ita declarat: *Constabit vero ex hac tenuis adductis: an Advocatus in foris Germania fundatam pro se intentionem habeat, si ad causa decisionem allegaverit legem iuris Justinianei?* Sane non est erronea illorum opinio, qui adstruunt: *eum, qui se fundat in jure communi, ad probationem observantie non obligari:* Nam sive consuetudinem illius loci particolarem, sive consuetudinem Germaniae universalem, sive tandem jus statutarium juri civi. obstante dixeris, facile simul adverte, omnia illa in facto constare & sic nec consuetudinem nec statutum alleganti fidem haberi, nisi its probatis. Ita inde concludendum sit consuetudini Germania probata magis standum, quam juri Rom. Verum consuetudine non probata statur juri Rom., tangquam Imperii communi. Mens Auctoris breviter haec est: distinguit nimirum inter loca, quae Speculum Sax. abjecerunt, & quae illud retinuerunt: Utrisque quidem Jus Rom. commune,

ne, hic tamen primario in collisione juris Rom. & Germ. pro hoc, ibi vero pro omnibus LL. Romanis (& eatenus accedit LYNCKERIANÆ opinioni, nisi quod hic in *Comment. ad tit. de orig. jur. §. 12.* præsumptionem jur. Rom. respectu omnium omnino patriarchum jurium, & consequenter etiam ipsorum *Speculorum*, superstruat, uti ex verbis: *Quid quod etiam observaniam statutorum, que jus Justinianum precedunt, quoquam multa ex illo veteri Germanico jure sublatâ vel oblitterata sunt, probare oporteat; siquidem & istorum respectu locum juris communis subit, (jus Rom.) dum quidem sibi illis receptum est, modo ostendatur. Cum alias præsumptionem pro se habeat, seu commune & amplissimum, quod omnibus negotiis immineat: evidenter adparet,) ob generalem juris Rom. receptionem generalemque pristinorum jurium abrogationem, præsumendum esse, statuit. Non diffideo me diu huic inhaesisse sententiae: re tamen paulo penitus inspecta, non minus multis eam esse involutam difficultatibus animadverci (a). Ex antecedentium & consequentium connexione concludendum foret, loca illa (*Intellige Saxon. inferioris*) quæ *Speculum Sax.* reputarunt, abjecto illo, simul & omnia abjecisse pristina iura omniaque juris Germ. principia. Verum, præterquam quod absurdum foret, credere velle, *Speculum Saxon.* omnium pristinorum jurium fuisse complexum, vid. S. anteced. ut taceam ipsas consuetudines aliquando juri *Saxon.* opponi, uti ex CHRISTIANI IV. & FRIDERICI DUCIS HAF. revidirter *Landes-Gerichts-Ordnung* de a. 1537. P. II. tit. 3. ubi *Jura Saxon.* confirmantur, cum hoc addimento: *Eß soll geurtheilet werden, NB. in Mangel rechtmaiger Gewohnheit, nach den Sachsen-Rechten, dergestalt &c quam refert Dom. STEIN cit. Dissert. d. c. I. §. ult.* videtur est: ita statim in oculos incurrit, distinguendum esse inter ipsas speciales Juris *Saxon.* decisiones, sc̄ communia ex universalibus majorum nostrorum moribus & institutis descendentia juris Germ. principia; illas esse repudiatas non-*

## 14 CAP. I. DE RECEP. JURIS ROM.

nego, hæc vero unquam abjecta esse, nec allegatæ *Constitutiones Auctoresque* evincunt, nec cum notoria praxi convenit, quippe quæ aperte contrarium docet, & abunde testatur, quam plurima sane juris Germ. veteris principia etiam in his locis ac provinciis esse retenta, immo, quod ipse *Auctor* non obscure indigit, dum & particulares & Imperii universales consuetudines, extra *Saxonicas*, concedit. Hinc b) adstructa regula: pro omnibus legibus Rom. esse presumendum, sua sponte corruit, dummodo ea, quæ haber *SCHILTER d. L.* probe ponderemus, ac simul consideremus, consuetudinem Germaniæ universalem, non posse non universalibus illis juris Germ. principiis, quæ alias dupondiis esse solent nota, inniti, & consequenter præ jure Rom. habere presumptionem. *vid. §. 2. supra.* Et ita denique c) conclusiones, quas §. 33. de generali Juris Rom., etiam præ universalis Germaniæ consuetudine nec non ipso statuto, præsumtione subjungit, partim collabuntur, partim etiam contradictionem involvunt, quippe dum in §. 31. consuetudinibus *Saxoniciis*, notorietatem (\*\*\*) & consequenter præ jure com. præsumtione vin dicaverat, eandem vero hic universalis Germaniæ consuetudini, immo etiam statuto, denegat, quod sine valde perplexum; nisi supponere velis *Auctorem* eum respexisse casum, si quis ad consuetudinem Germ. universalem, vel etiam Statutum provocet, quæ revera non existant, sed falso ab allegante fingantur; verum sic *Auctor* distinguere debuisset, inter probationes ipsius statuti consuetudinique universalis, & probationem observantie. Illa, si revera adest statutum vel consuetudo universalis Germaniæ, non potest non sola peragi allegatione, si non adest, plane impossibilis: hæc vero, sane non sine absurditate, alleganti injungeretur.

(\*) Cave tamen ex laud. BRUNQUELL. P. III. cap. XI. §. 4. ubi, in recensione variarum DD. de juris Rom. receptione sententiarum, ita

ita pergit: Rursum alii media incedunt via, ut Johannes Schilterus, Samuel Stryckius aliquis, & preter jus patrium ac veteres leges Germanicas, etiam jus Rom. usū & observantia receptum esse, ita ut fundatam intentionem habeat allegans legem Romanam, nec debeat observantiam ejus probare, sed adverfario incumbat demonstrare, illam propter contrarium jus Germanicum non posuisse recipi, putant, conficias, STRYCKIUM & SCHILTERUM hic per leges antiquas Germanicas, priscas illas scriptas, ut scriptas, intelligere, vel de cetero in omnibus convenire. Sicut enim, [ut taceam, hanc sententiam, ut] a Brunquello exponitur, magis esso Lynceris, cui tamen ipse accedit, quam Schilteri aut Stryckii a quibus recedit: nec Schilterus nec Stryckius, hic verbum de legibus illis priscis Germ., qua scriptis interferunt, sed per jus antiquum Germanicum, præter quod jus Rom., ut commune subsidiale, receptum esse, uterque recte existimat, illud conservudinarum saltem, quod in Germania ante receptionem iuri Rom. ut commune valuerit, intelligunt: ita de hoc jure Germ. in relatione ad jus Rom., plane diversam fovent opinionem. STRYCIUS, ut ex adductis verbis clare constat, iuri Rom. præjure Germ., ut ut universalis, generalem vindicat præsumptionem, hocque saltem qua illa loca, que pristina iura, h. e. juxta suum conceptum, Specula retinuerint, limitat. Contra SCHILTERUS melius, indistincte universalibus Juri, Germanici principiis, præjure Rom. præsumptionem vindicat, hocque cit Exerc. XII. §. 11. inter alia ita exponit: Enim vero, inquit, certum est, moribus Germanicis id, quod diximus, [qua]stionem nimirum: num quis, a compromisso, ut jure Rom., præstando pœnam, vel id quod intereft, liberetur? moverat, hanec ob communem jure Germ. pætorum validitatem ac præcism ad ipsum factum obligationem, negative decidit] obtinuisse antequam jus Rom. receptum a Germanis; atqui receptorum illud, quatenus genuini juris principiis non repagnat. Neque enim illa receptione sus atque mores patrios abrogatos, voluere. Quare regulæ inßtar babendum: quoties juris Romani principium, principiis juris patrii repugnat, præsumi, jure patro Germanos uti nisi juris Romani dispositio lege vel consuetudine recepta probetur. Ex quibus simul liquet, pef- simè hunc SCHILTERI locum & Exerc. I §. 12, intellexisse HEIDELMANNUM Secl. III. eas 3. §. 1. existimantem: Schilterum cum Kupffio supra refutato, in ipso conceptu de jure antiquo Germ. ejusque cum jure Rom. pugna convenire; ubique enim Schilter, ad mores saltem & consuetudines Germaniae, nullibi vero ad legem aliquam antiquam scriptam provocat.

(\*) Qualis

16 CAP. I. DE RECEPT. JURIS ROM.

(\*\*) Qualis in ipsa *Saxonia Speculo* sit tribuenda notorietas? vel, quod idem, præ iure Rom. presumitur? nondum inter Eruditos convenit. LYNCKER in Comment. d. l. nec non ad tit. de *LL.*, §. 20. & CARPOZOV. P. II. decif. 101. n. 6. & 7. existimant: *jus Saxon.* non aliter ad allegationem causarumque decisionem admitti, quam si probetur, ex illo citata usu etiam & observantia esse firmata. E contra STRYK b. l. & THOMASIUS Not. ad *Monzamb.* cap. V. p. 419. ubi ita: *bene sè ita haberet, si in tribunaliibus consideraretur semper eruditus illi quæstio: urum Jus Rom. receptum, aut habendum esse pro recepto, donec ostendatur, contraria consuetudo Germania esse recepta? cum consteantur sic sentientes, Jus Rom. esse subficiarium, adeoque post *jus provinciale*, aut *municipale* respici debent ad *Jus Communum Germanie SAXONICUM* vel *SVEVICUM*; & pro eo tanquam regula presumptio stare debent, tam demum ad *Rom.* tanquam subficiarium & exceptionem recurrendum, contrarium defendantur. Ego concilio, admitti posse adhuc tertium. Ipsa moderna in *Saxonia* observantia non potest non aperte demonstrare, quoique principia veteris hujus *Saxon.* juris invaluerint, & quounque praxi sint accommodabilia: hoc respectu arbitror, *jus Saxon.* tanquam patrium omnino præ iure Rom. habere presumptionem: ex eo vero toti huic Corpusculo juris, ut ante V. vel plura *Sæcula* in summa barbarie a quodam *Epkow de Repkow* corrafo, & multa obsoleta, absurdâ & inepta continent, tam generalem ac omnitudinem præ iure Rom. attribuire vellé presumptionem, ut hoc ubivis debeat cessare, mihi valde suspectum videtur.*

§. V.

Vera expontentia sententia, ac demonstratur, utrumque *jus saltem pro parte esse receptum.* Quid in tanto sententiarum conflitu dicendum sit, diu animo volvi revolvique meo. Expensis tamen paulo accuratius, que laud. SCHILTER d. Exerc. I. §. 12. sapienter scribit: *Vim totam atque animam quasi juris Rom. apud nos hodie confidere in observabilitate seu ipsa aptitudine ad observandum, quantum jus illud ne Quæ diatragædæ, apicum natum est, observari in aliis, quoque Rebus, extra Romanam, salvis tamen NB. eorum moribus, ac statunis contrariis, statuque publici ratione (quod posterius contra BERGERUM supra §. 2. alleg. probe notandum venit), e contra rationibus que veteri juris prudentiae Germ. obstant, penitus subductis; tuto con-*

*cludo,*

cludo, nec jus Rom. nec jus Germ. (per quod hic non solum omnes leges populorum Germ. antiquas & *Capitularia Regum FRANC.*, sed & omnes majorum nostrorum, mores ac consuetudines maxime ante invectionem ac receptionem jurium peregrinorum, partim literis consignatas, partim solo uso & observantia perpetua confitentes, iterumque vel universales, h. e. totius Germaniae, vel particulares quibusdam locis saltem proprias, generaliter intelligo) apud nos in complexu, sed utrumque saltem pro parte, esse receptum retentumque; Et quidem jus Rom. pro ea saltem parte, quatenus, iure Germ. superflite eeu patrio & primario, nihil decisum; jus Germ. vero pro ea saltem parte quatenus temporum longinquitate nondum oblitteratum, vel peregrinis iuribus oppressum, sed uso & observantia retentum fuerit. Prioria ratio haec est, quod jus Rom. primitus saltem privata auctoritate juri Germ. superinductum hincque inde immixtum, ac postea, publica licet Imperii auctoritas accesserit, ubique tamen salvo jure patrio, in subsidium tantum receptum fuerit; At vero hoc jus patrium, non solum in particularibus hujus vel illius loci consuetudinibus, sed & in universalibus partim ex antiquis legibus Germ. scriptis, partim ex majorum moribus ac consuetudinibus in genere, descendantibus principiis constitutum: quæ, ut per omnem Germaniam, non obstante iure Rom., perpetuo uso ac observantia hucusque retenta ac firmata, jus Rom. in quam plurimis capitibus plane non admirerint, vel illud ut subsidiarum agnoverint, sed ejus observabilitatem consequenter & receptionem simpliciter respuerint. Posterius vero exinde probo: quod totum Jus Germ. in complexu suo consideratum, nos non ex legislatione (longa enim est eorum fabula, qui nobis leges antiquas scriptas ut scriptas obtrudere co[n]antur,) tenet obligetque, sed in respectu ad nos mere consuetudinarium sit; Cum vero consuetudinum ea est

C

natura,

natura, ut, sicuti solo longo usu & observantia efficiantur, ita & solo longo non usu & non observantia (multo magis contrario usu, quem per juris Rom. introductionem in plurimis spectamus materiis) iterum tollantur; hinc etiam factum, ut quam plurimæ antiqui juris Germ. particulae partim temporum longinquitate vicissitudineque plane oblitteratae, partim etiam jurium peregrinorum receptione ac introductione penitus oppressæ fuerint. Hæc si cum antecedentibus probe contuleris, rationesque sine præjudicio auctoritatis subduxeris, re vera deprehenderis, jus Germ. pro parte retentum, jus Rom. vero pro parte receptum. Hinc etiam facile judicaveris, quid in pugna horum duorum jurium sit tenendum. Vel enim jus Rom. cum jure antiquo Germ. scripto, (jura enim recentiora sive universalia h. e. totius Imperii constitutiones, sive particularia ut provincialia ac municipalia ceteraque statuta, huc in censum non redigo, quippe dum per se intelligatur, iisdem præ jure Rom. competere præsumptionem, nisi supponere velles, hæc in subsidium juris Rom. esse lata, quod tamen absurdum,) vel non scripto universalis, vel non scripto particulari concurrit. Priori casu, si de hoc vel illo speciali casu quæstio occurrat, allegatio legis antiquæ in relatione ad jus Rom. parum aut nihil prodest, donec de ipso principio juris Germ. ut moribus ac observantia retento nondum constat; quod si vero posterius adpareat, omnino ejusmodi legem antiquam (uti & id de *speciali*, etiam in iis provinciis ubi expresse abrogata fuerint, adstruere nullus dubitaverim,) ad meliorem explicationem facilioremque probationem admitto. vid. *supr.* S. 3. not. \*\*. In secundo casu vero, ubi jus Rom. cum universalis quadam Germania consuetudine, vel quod idem est, cum ipso quodam perperso usu & observantia corroborato juris Germ. universalis principio collidit, omnem; etiam in *specialibus exinde immediate descendentibus*


dentibus conclusionibus, juris Rom. præsumptionem cefare arbitror. Conf. omnino SCHULTER d. d. Exerc. I. §. 12. Exercit. XII. §. u.; immo crederem, receptionem juris Rom. heic non sine quadam absurditate singi, ac sese in jure patrio fundanti, ejusdem probationem injungi posse. Conf. supra §. 2 & 4. In tertio denique casu admitto STRYKH d. l. §. 33. allatam differentiam inter consuetudinem notoriā nec notoriā, & notoria vel probatae consuetudini magis quam juri Rom., consuetudine vero non probata, simpliciter juri Rom. standum, & sic de cætero cum KULPISTIO de generali subsidiaria juris Com: receptione, minime ambigendum esse existimo; Hoc sollelmodo attento: ut, principiis juris Germ. retentis, & ejus retineamus conclusiones, abjectis vero, vel potius non admissis juris Rom. principiis, & ejus abjiciamus conclusiones. Quod, si ubique esset observatum, non tot haberemus utriusque juris apertas confusiones insignesque ac exorbitantes in praxi errores. Ast nolo ulterius B. L. patientia abuti, sed ad institutum propero.

## §. VI.

Si qua vero in materia, juris Germ. principia a jure Rom. recedunt, sane illa de Pactis ea est, ut & dicentur. Instituti ratio exponitur. jus Rom. hic plane exulare, nec, nisi aperte vim patrio juri inferre velimus, observari posse; et contra jus Germ. pro unica ac sola norma esse habendum, non errasse crediderim. Hoc ex collatione utriusque juris per unam pactorum speciem, nimirum eam de Pactis Dotalibus, demonstrare, apud me constitui; ipsum institutum in tria Capita divisurus, & in priori de Pactis Dotalibus in Genere; in secundo de Donatione propternuptias; in ultimo de Pactis Dotalibus in specie Invalidis aetatus; hoc ultimum caput vero, in formam specialis Dissertationis, futuræ Eruditorum disquisitioni reservaturus.

C 2

## CAPUT II.



CAPUT II.  
DE  
PACTIS DOTALIBUS  
IN GENERE.

§. I.

Pacta dotalia jure Rom. immediate a lege.

**P**actum, qua contractui opponitur, Jure Rom. est conventio carens nomine ac causa, i. e. quæ vel peculiari forma ac denominatione, vel etiam praecedenti rei datione factique præstatione, destituitur; & dividitur, in nudum, & non nudum. Utriusque quidem eadem extrinseca forma, quippe dum utrumque in simplicibus conventionum finibus saltem subsistat, nec solemnis corroboratum sit stipulatione; non vero eadem intrinseca vis ac efficacia est. Nudum enim vi civiliter obligandi caret, & saltem ad excipiendum, compensandum aliosque quosdam effectus, non vero agendum, prodest (\*). Non nudum vero, vel a Prætore, unde pretorium, vel ab ipso contractu, cui in continentis additum, unde adjectum, vel etiam ipsa lege, seu Principis constitutione, unde legitimam audit, vim civiliter obligandi accipit. Hujus posterioris species sunt *Pacta Dotalia*, quatenus nimirum agitur de dote promissi exigen-  
da, l. 6. C. de dot. prom. vel eadem mulieri ejus patri hercibusque, l. un. C. de rei ux. act. vel etiam extraneo constituentie restituenda, l. i. C. de pact. conv. vel denique a marito soluto matrimonio retinenda. l. 6. C. cod. (\*\*).

(\*) Ex eo adparet, Romanos utique naturalem vim nudorum pactorum agnovisse, rationem vero, cur illis actionis producendæ efficaciam detraxerint, mere fuisse politicam, nimirum ut *vafiam litium segetem in herba opprimere*, sunt verba SAM. PUFFENDORFII de Jur. Nat. & Gent. Lib. V. cap. II. §. 3, qui tamen in eo fallitur,

## CAP. II. DE PACTIS DOT. IN GEN. 21

fallitur, quod existimet: jus Nat. & Civ. ratione pacti negativi, h. e. de non petendo, convenire, ac utrumque jus exceptionem saltem operari posse. Jure enim N obligatio ipso jure tollitur, & hinc ejusmodi pactum, v. g. in conditione indebiti, etiam ad agendum prodest, potest; quod tamen de jure Civ. secus, ubi nimis ad hunc effectum solemnis desideratur acceptatio.

- (\*\*) An omnes hi causus ad pacta legitima referri queant? dubitari possit, cum *Imp. Justinianus* §. 29. *J. de act. actionem pro dote exigenda repetendaque, in specie saltem ratione ipsius mulieris, non vero extranei aut mariti, inter bona fidei judicia connumeranda esse velit; stricti juris vero negotia non possint non solemniter supponere stipulationem, uti hoc illuſtr. BOHMERUS in doctrina de Act. Scđ. I. cap. III. §. 33, seq. non sine adparatu docet. Verum, praterquam quod ex multis aliis argumentis, quod tamen pace *Viri Illuſtr.* dixerim, non obscure adpareat, dari jure Rom. & citra solemnies stipulationes, stricti juris negotia, [licet alias verosimillimum videatur, jurisprudentiam formulariam huic negotiorum distinctione primitus occasionem dedisse] ita de veritate ejus me non dubitare sinunt modo allegatae *LL.* Sic in *d.l. 1. C. de pac̄. conv.*, ubi pro alumna dotem constituent, camque soluto matrimonio repetenti, exceptionem nudi pacti minime opponi posse, claris verbis deciditur, non de patre, [huius enim jam in *d.l. un. §. 13. in f.* de tacita ex stipulatu actione melius prospectum erat,] sed de extraneo sermo est. Porro in *d. §. 13. l.un.* ratione extranei redditionem dotis soluto matrimonio sibi stipulantis, non praeſcire requiritur solemnis stipulatio, sed voces, stipulatio & pactum ubique disjunctive conjuncte adparent. Ita & in *l. 6. C. de dot. prom.*: *ad exactionem dotis, quam semel praefari placuit, qualiacunque verba sufficiere, sive scripta sive non, etiam si stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subiecuta, luculenter pactum legitimum exponitur, ut de l. 6. C. de pac̄. Conv.*, ubi nimis maritus exceptione jam tutus erat, raseam. Hos causus tamen ad bona fidei negotia referri, ego quidem nunquam auferim, preprimis cum *Imp.* in *d. §. 29.* per vocem: *tantum, non obscure indiget, eum, illam saltem ex stipulatu pro dote exigenda repetendaque actionem, quam d.l. un.* cum veteri rei uxoria actione conjunxerat, bona fidei esse, velle. Et licet de *d.l. 6. C. de dot. prom.* adhuc dubium oriri possit, eam favor certus h. e. doch ibidem subesse videatur: probe tam notandum, duo plane diversa esse: *Hoc vel illud negotium ob favorem cause non desiderat solemnem stipulationem, sed* &*

nudo perficitur pacto, Et: *Hoc vel illud negotium tanta gaudet amplitudine, ut & plus quam ipsa conventione comprehensum fuerit, adjudicari possit; ut raccam hanc legem tam de muliere ipsa, quam marito intelligi posse.*

## §. II.

Jure Germ.  
ac moderno  
vero, a com-  
muni omni-  
um pacto-  
rum validi-  
tate, susti-  
nentur,

Verum quid hæc ad nos? Sane nihil. Non enim opus est Prætoris, contractus, legis vel Principis adſi-  
ſtentia, ſed ſaltem Majorum fide, quam jam Tacitus de mo-  
rib. Germ. C. XXIV. (\*) ut Rome inauditam effert mira-  
turque. Cefſat jure Germ. paſtorum in nuda, (\*\*) imo  
quod magis, iſlorum contractuum (niſi quod reales, ex  
natura rei, adhuc hodie rei traditionem requirant,) di-  
viſio. Omnim conventionum una eademque vis ac  
efficacia (\*\*\*) Unde & pœta dotalia non ex ſtipula-  
tione vel legis adjumento, ſed ex communi omnium con-  
ventionum jure Germ, validitate, hođienum ſubſiſtunt.

(\*) Inter alia ibidem fidei tenacitatem majorum noſtrorum, etiam in  
ipſo alea ita exprimit: *Aleam, quod mirere, ſobrium inter ſeria  
exercent, tanta lucrandi perdendre temeritate, ut cum omnia  
defecerunt, extremo ac novifimo jaſci de libertate & de corpore  
contendant. Viſus voluntariam ſervitutem adit: quanvis junior  
quamvis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur: ea eſt in re pra-  
va pervicacia: ipſe FIDEM vocant.*

(\*\*) Variis quidem in pacificando Germani uſi fuerunt ritibus, v. g.  
dextra manu oblata, digito erecto ſtipulisque, &c. de quibus cor-  
rumque reliquis vid SCHILTER Exercit. LXIX. § 5. in not. non  
tamen eſt, quod exiſtimemus, illos naturalem vim ac obligatio-  
nem paſtorum, ex ejusmodi ſolemnitatibus metiri, ac aliter,  
quan confirmationis gratia, eadem adhibere voluisse, & licet  
alii aliis ſcrupulofiores hac in re fuſile videantur, ſenſim ſen-  
ſimque tamen anxiā hanc rituum religionem, ceſſafe. vel ipſe  
vereres juris Germ. paroemie: *Ein Wort ein Wort, ein  
Mann ein Mann.* item: *Zusagen macht Schuld, non  
obſcure indigitant.* Conf. HEINEC, L. H. tit. XII. §. 337. No-  
tabilis vero eſt locus juris prov. Sax. L. I. art. 7. *Wer et  
was borget, oder gelobet, der ſoll es gelten, und was*  
er

er thur, das soll er stiert halten. Will er es aber länguen darnach, (wil he aver des versaken darna,) er erwehret sich des mit seinem Lyde, (he entgeit is em up den Hlligen,) wo er es vor Gericht nicht ges than hat. ic.

(\*\*\*) Immo major hodie pacti, quam olim apud Romanos solemnis stipulationis, vis ac efficacia. Sic jure Rom. alteri per alterum, qui non erat in potestate, ne solemni quidem stipulatione adquirebatur, p. l. 53, ff de acq. rer. dom. & §. 18. *Jur. de iunctil. stipul.* quod tamen hodie sit nudo pacto. HEINEC. d. I §. 347. Potro jure Rom., qui sese stipulatione ad factum obligaverat, ad id praecise compelli non poterat, sed, offerendo interesse, liberabatur, quod tamen jure Germ. & moderno fecus. Conf. GROENEWEGEN de LL. abrog. ad l. 13. §. 1. de re jud. & SCHILTER d. Exerc. IX. §. 2. ubi: *Certum eum est, inquit, moribus Germanicis hoc obtinuisse, antequam jus Rom. introductum in Germania, quibus fides praeceps servanda: principia vero Quiritum que ex eorum libertate dependent, Germanorum mores non agnoverunt: ergo probandum potius jus Germ. hoc in passu fuisse abrogatum, jure civili, per contrariam obseruantiam bac in parte introducto. Dif- fentit STRYCK in U. M. tit. de Pact. §. 10, ex nulla vero solidaria ratione, quippe dum principium: majorem hodie esse pacti quam ju-*

*re Rom. stipulationis vim, §. 12 d.l. in primo proposito causa non ob- scure admittit, hic vero negat. Cæterum laud. SCHILTER Exerc. XII. §. 11. dubium, quod heic *Glos. jur. prov. Saxon. lib. II. art. n.* Geschehe es auch / daß keine poen oder Straß in Ernehlung der Schieds-kente darauf gesetz ist/ oder dergleichen/ welches wir: Schade/Geld/ oder auf alt-Sächsisch: Solshatz/ heissen/ so bindet es einen auch nicht/ in casu compromissi jus Rom. amplectens, movere posset, tam ex suspecto stylo, quam, quod in Cod. Msct. non extet, demonstrando, adducta verba a manu recentiori fuisse ad- dicta, hincque esse minoris auctoritatis, sufficienter excutit.*

### §. III.

Ipsæ vocum significationes indigitant, pacta dotalia, qua legitima, proprie saltē circa dotem fuisse occupata, cætera vero conjugum pacta vulgarium habuisse conventionum naturam. Cum autem postea, inventa a Principi bus

Materia Pa-  
ctorum do-  
tal. jure  
Rom. dos  
saltē est ec-  
donatio pp.  
nuptias.

bus donatione pp. nuptias, conventiones de dote & donatione propter nuptias plerumque reciprocatae fuerint, hinc pacta dotalia in sensu iuris Rom. nihil aliud sunt, quam: *pacta legitima de dote & donatione pp. nuptias constituta, lucranda restituendaque.* Alia vero conjugum bona post mortem alterius lucranda valide non poterant in obligationem deduci; cuius rei rationem, ipsam generalem pactorum acquisitivo-successoriorum prohibitionem fuisse, eo minus dubium habet, cum cardinales leges ex quibus DD. horum pactorum prohibitionem evincunt, de ipsis pactis dotalibus loquantur. Sic cautum L. 5. C. de p. conv.; Hereditas extraneis testamento datur; cum igitur adfirmes, dotali instrumento pactum interpositum esse vice testamenti, ut post mortem mulieris bona ejus ad te pertinerent, qua dotis titulo tibi non sunt obligata; intelligis, nulla te actione posse convenire heredes seu successores ejus, ut tibi restituamur, qua nullo modo debentur. Et sic etiam L. 15. C. de p. aliaeque plures.

## §. IV.

Ratio ex antiquitatibus,  
ac ipso succendi apud  
Romanos usitato modo,  
pertinet.

Rationem hujus pactorum acquisitivo-successoriorum prohibitionis paulo altius petere, non abs re erit. Omnimodum antiquissimum modum apud Romanos succendi, eum ab intestato, fuisse, bene exin conjicitur, quod Romani, jam ante inventionem juris Attici, in comitiis publica Civitatis sponsione testamenta considererunt, nimurum, ut lex in causa intestati obrogaretur alia lege in causa testati, sunt verba Ampliss. BYNCKERSHOECKII obseru. juris Rom. lib. II. cap. II. p. 13. (\*) Invectio post jure Attico, & cauto in XII. Tabulis: Paterfamilias ut legislat super familiæ, pecuniæ, tutelæve sive rei, ita jus esto, ille in Comitiis testandi modus, non quidem non poterat exolescere, hicce posterior, quippe Romanorum libertati magis conveniens, ex eo tempore usu valere; cum tamen peculiaris de successione agna-

agnatia in XII. Tabulis forma: Ast si intestato moritur, cui suus heres nec escit, adgnatus proximus familiam habeto, præscripta esset, at vero ex Romanorum principiis, leges de successione ab intestato, non nisi alia lege tolli possent, hinc color erat inveniendus, ut veteris juris analogia fervaretur, nimur in testamento per æs & libram, & hoc non minus postea in desuetudinem abiente, per septenarium testum numerum, conf. Illstr. HEINEC. Antiq. J. Rom. Lib. II. tit. X. §. 6. His præmissis, facile reddideris rationem, cur duo saltē succedendi modi, nimurum Lex & Testamentum in jure Rom. adprobentur, l. 130. ff. de V. signif. l. 10. de jure cod., porro, cur ipsa successio audiat juris publici, pactis privatorum non mutandi, per l. 38. ff. de pact. l. ult. ff. de suis & Legit, in genere vero, pacta acquisitivo successoris, quæ præterea, quod Romanis turpe videbatur, libero homini liberam adimebant testamenti factionem l. 52. §. 9. ff. pro Socio, improbentur. (\*\*)

(\*) Unde vero hicce ab intestato succedendi modus primario descendebit? difficultate questionis est. Imperator JUSTINIANUS §. 1. J. de H. que ab intest. def. & pr. J. de legit. agnat. suc. nobis persuadere vult, illum ex XII. Tabulis descendere; Verum cum speciale caput de suis hereditibus in XII. Tabulis omnissimum fuerit, vid. Illstr. HEINEC. Antiq. Rom. I. III. tit. I. §. 1. non erronea SCHULTINGII ad ULPIANI fragm p. 665. videtur esse conjectura, minimum jam antea sibi Regibus heredes suos ab intestato successisse; in quam opinionem etiam laud. HEINEC. d. l. proponet. Ampl. BYNCKERSHOECK d. l ad specialem quandam ad populum latam legem, inclinat, cum ea, quæ de antiqua Gentium communione, iure occupationis ad prebeatōnisque & bīc in civitate exercita turba, ut tandem legis auxiliū, nimurum publica cīvitatis spōnfio, familiā proximos ad successionem vocans, succedere dehūsc superfruxerat, ad statum Rom. applicat, & tandem ita concludit: Lex igitur præscripta suēcendi sozmalam, & quæ eius potestas est, etiam testamenti factionem permisit, sed laud aliter quam lege quoque. — Quare ad excludendos proximos D qui

## CAP. II.

26

qui lege vocabantur, Romæ testamenta, ut leges quælibet apud populum Rom., calatis comitiis condebantur; sicut aliter, inter vivos per as & libram familia transferenda erat, ita tamen, ut dominus, quamdiu viveret, sibi eam retinere, &c. Verum, quod pace M. V. dixerim, nec ipsam legem distincte describit, nec tempora recte distinguit: a) per ipsam legem intelligere videtur L. XII, Tabul., dum modum testandi in Comitiis, ad tempora post invetionem juris Attici (utrumque enim, tam in Comitiis, quam per as & libram testandi modum, quasi uno eodemque tempore obtinuisse proponit) rejicit, quod tamen cum antecedentibus minime cohereret, cum via credibile, Romanos eosque plane incerto vixisse jure, ac potius ex iis, qua HEINEC, cit. Antiq. Rom, lib. II tit. X. §. 5. acute proponit: Ceterum, scribens, testamenta in Calatis Comitiis facta, exoleuisse videntur, latus legibus XII. Tab. In iis enim, cum cautum &c. - Et paulo post: Unde cum cives jam suo arbitrio possent de bonis disponere: quis, queso! adeo despiciasset, ne mallet in Comitiis calatis, auctore populo collegioque Pontificium, testari? Ergo tum demum videntur testamenta proprie sic dicta, exemplo juris Attici, inviolasse, concidendum erit, huncce in Comitiis testandi modum, primario ante invetionem juris Attici, ac sub Regibus, obtinuisse: b) modum testandi per as & libram ad illum fatem restringit casum, si nulli adfuerint proximi heredes quod aliter vero se haber, dummodo consideremus, ipsum jus XII. Tabul, quibus hicce modus debetur, plenariam cuivis patrifamilias, super familie pecunia &c. legandi, concessissimæ facultatem. Hinc legem vel rationem, quæ testamenta comititia supposuerint, omnino jure Attico antiquiore esse crederem, eandemque, partim ex jure suitatis liberorum, quod ex Romuli de patria poretate instituto, de quo conf. HEINEC, cit. Antiq lib. I. tit. IX §. 2. seq. descendisse videtur, partim ex jure totius populi, suis hereditibus deficentibus succedenti, derivandam esse; successionem vero agnatiuum ex XII. Tab. jure denum, promanasse existimarem. Ceterum, solemnis illa rogatio illis ad populum in arrogatione ultimata formula: Velitis jubeatis, Quirites, uti L. Titius, L. Valerio, tam jure legeque heres sibi siet, quam si ejus filius familias proximusve agnatus esset. Haec ita ut dixi, ita vos Quirites rogo, quam HEINEC, lib. II, tit. X. §. 2. ex GELLO refert  
hucque

hucque applicar, cum grano faliis mihi viderur accipienda; cum enim ipse *Hugstr. Vir.*, uti jam vidimus, eo propendeat, quod, introducto jure *XII. Tab.*, modus in *Conitis testandi cestaverit*, at vero ipsum successionem agnitionem *L. III. tit. I. § 1. ex XII. Tabul.* jure deriveret; hinc valde dubito, num haec formula qua agnatos unquam obtinuerit.

- (\*\*) Rationes, quæ jure Rom. pactis successoris obstatuerunt, ad acquisitiva & dispositiva, h. e. de hereditate tertii, certi non consentientis, non vero ad pacta restitutiva & conservativa. [haec ultima enim iuxta communem *DD. conceptum*, juri Rom. plane fuerunt in cognita] quadrare, longe lateque probat STRYCK de *success. ab intell. Diff. IX. cap. XII. p. 20.* Major vero de pactis renunciatis superest dubitatio. In *I. enim 15. §. 1. ff. ad L. falc.* pactum fororis, ne falcidia uteretur, a *PAPINIANO* ea ex ratione improbat, quod privatorum cautione, legibus non sit refragandum. Sic & in *I. ult. ff. de suis & leg. her.* & *I. 3. C. de coll.* pactum dotal, ut filia dote contenta, a futura patris hereditate excludeatur, ob eandem rationem improbat. Placet mihi tamen & heic *B. Viri explicatio* *d. l. §. 42. & 44.* rem ita proponentis: in *I. 15. ff. ad I. falc.*, non subvenisse pactum renunciarium proprius dictum, sed renunciationem saltem *Falcidei*, quæ vero non tam privato quam publico favore, quippe, ut testamenta destituerent, introducta hincque irrenuntiabilis fuisset. Porro in *I. ultima ff. de S. & leg. hered.* nec non *I. 3. C. de coll.*, non intercessisse pactum patris cum filia, sed saltem cum genero, hocque pactum fuisse speciem exheredationis, quam tamen, ut contra juris formam factam, non potuisse non improbari. Et catenus recte, Quæ vero *B. V.* in subseq. §. 46. differit, meram sapientum subtilitatem, &, si dicendum quod res est, hanc concinniam *LL. obstantium explicationem iterum ferme evertunt.* Ad objectionem enim: *bis pactis, successionem tamen, & consequenter etiam ius publicum mutatum fuisse;* sequentem in modum respondit: distinguendum nimirum esse, inter delationem, ac acquisitionem hereditatis, illam quidem non pacto, bene tamen hanc impediri potuisse, si quidem heic; non simplicem hereditatis abdicationem, sed saltem pactum de ea repudianda, olim cum deferetur, deprehenderemus quo pacto, non delationem, sed acquisitionem solum modo impediri. Omnem enim renunciationem semper hanc tacitam habere conditionem, si hereditas esset delata, in tantum, ut & in renunciatione ita concepta, ut filia ex nunc pro exclusa haberi velit: Dñs sie von nun an/ jedo und auf ewig ausgeschlossen seyn;

volle; hæc tamen semper subintelligatur conditio; nam vocem nunc, praesentis quidem actum, futurum autem significare, ac deinde ad tempus actus retrotrahi. Hæc est B Viri philosophia. Verum quid quo? interest, num quis futuræ delationi, an futuræ acquisitioni renunciet: nomine enim eo ipso, quo quis futuræ acquisitioni se abdicat, simul & futura delationi renunciat? Sicuti enim hoc per se intelligitur, delatam esse debere hereditatem, ita & facile quis animadverteret, delationem juxta *Auctoris* conceptum consideratam, in effectu nihil, nisi solius casus existentiam esse. Sane, si jurisprudentia Romana in prohibitione pactorum successoriorum, tam scrupulosa fuisset, ut non tam ad ipsam futuram acquisitionem, quam nudam saltem delationem eandem extendisset, ego profecto, & si bona *Auctoris* esset argumentatio, probare vellem, quod & acquisitionis pacta fuissent valida. Sic enim argumentarer: Si ipsa futura hereditas pacto liceat propter juris rationem delatio absolute fieri, nec ullo modo inverti debet, repudiari potest, sequitur quod & futura hereditas, pacto, liceat delatio fieri non debeat, acquiri possit. Atq. Ergo. Utriusque eadem est ratio, in priori casu contra factam delationem quis pacto repellitur, in posteriori casu vero, contra non factam delationem quis pacto admittitur; Et hoc in eo casu, quando aliquis pars hereditatis promissa fuisset, ac heredes vel testamentariori vel legitimi, ex defuncti facto obligati, devoluta successione, hanc partem, ut a stipulante ex pacto olim interposito, adquireretur, repudiare debuissent, contingere potuisset. Ast salva res est: sunt & mapent pacta renunciata jure civili Rom. salva. *Jus succedendi* quidem omnino juris publici erat, h. e. nemini licebat, ob veteris juris principia, legem ab intestato aliter, quam testamento solemnii migrare, aut proximos heredes pacto cum tertio condito excludere; hoc tamen non ita intelligendum, ac si ipsi heredes ab intestato non potuissent juri suo renunciare. Sic v. g. in *I. ult. C. de pac.* pactum de hereditate terrii conscientiis & in ea voluntate persistentis, (libera enim testamenti factio ne consensu quidem adimbebat,) ratione pacientium validum pronunciatum; quid vero hoc alind era quam pactum renunciativum? quippe ubi heres ab intestato jus succendi suum, in stipulantenem transferebat, eoque ipso futuræ hereditati renunciabat. Sane si præter testamentum nullo modo successio ab intestato inverti potuisset, ne hoc quidem potuisset valere pactum,

S. IV.

## §. IV.

Hic erat jure Roman. succedendi modus; ast  
plane diversus sese sifit in jure patrio. Majores enim  
nostros, præter successionem ab intestato, (quæ, juxta  
TACITVM, de mor. Germanorum L. XX, ubi ita: *Heredes  
successoresque sui cuique liberi, nullum testamentum: Si liberi  
non adsum, proximus gradus in successione fratres, pueri  
avunculi, æque in Germania antiquissima fuisse videtur  
succedendi ratio:*) successionem paclitiam non solum  
adprobasse, sed & in his duobus modis, usque ad juris  
Rom. receptionem, maxime substitisse, (\*) ex veteribus  
juris patrii monumentis tuto concludi licet. Sic in L. SA-  
LICA iiii. XLIX. per traditionem illam solemnam: A DFA-  
TOMIAM vel ADMITIONEM dictam, (cujus forma ve-  
ro valde prolixa ac scrupulosa est:) nec non L. RIPVARIO-  
RVM. iii. XLVIII. ubi cautum legitur: *Si quis procreationem  
filiorum vel siliarum non habuerit, omnem facultatem suam in  
præficiam Regis, sive vir mulieri vel mulier viro, seu cuicunque  
liber, de proximis vel extraneis, adoptare in hereditatem, vel ad-  
fatihi per scripturarum seriem, seu per traditionem, & testibus  
adhibitis, secundum legem Ripuariam, licentiam habeat; nihil  
aliud quam species pacti acquistivo-successorii, sifitur.*  
Huncce morem etiam per medium substitisse ævum, nos  
dubitare non sinunt Specula, licet quodammodo restri-  
ctam in iis deprehendamus de hereditate pacificandi fa-  
cilitatem. Sic in jure PROV. SAXON. L. I. Art. 52. cautum:  
Ohne der Erben Laub und ohne Gericht, mag kein  
Mann sein eigen Guet noch seine Leut vergeben. Doch  
mögen wöl die Herren ihre eigene Mann ohne Gericht  
wechseln, ob man die Wechslung allein gehaben mag.  
Vergiebt er es aber wieder Recht ohne der Erben Ur-  
laub, die Erben mögen sich ihres Guts wöl unterwi-  
dern mit Rechte, als ob der tott wär, der es gab, darumb  
dass er es nicht vergeben mogte: Quod tamen postea,  
qua mobilia, hanc in modum laxatur: Alle fahrende Haab

D 3

aber

Jure Germ.  
vero, materia  
Paclitorum  
dotallium, ob  
communem  
paclitorum  
successorio-  
rum validi-  
tatem, omnia  
bona sunt.

aber gibt der Mann wol ohne laub der Erben in allen Städten, und an allen Orten, und lässt und verleihet sein Gut, allein daß er sich also vermög, das er begirt mit einem Schwert und mit einem Schild, auf ein Ross kommen mög, von einem Stein oder Stock einer Daum ellen hoch, ohne Hülff, also doch daß man ihm das Ross und den Stegreiff halt. *ic.* Paulo liberius *jus PROV. ALAM. Art. 30.* disponit: Ist, daß ein Mann seinen Freund gut schaffen will nach seinem Tod, will er im das sicher machen, er soll im Brief geben, besiegelt mit eins Bischofs oder mit eins Layen-Süßen Insiegel. *ic.* Conf. de his omnibus *Illustr. HEINEC. Elem. iur. Germ. L. II. tit. VI. p. tot.* ubi cum elegantissimo adparatu hunc succedendi modum pacitium, in Germania omnibus ævis usitatum, per omnes paclorum successoriorum species, (\*\*) longe lateque deducit ac probat. Breviter: quam scrupulosâ etiam aliquando, hac in re fuerit vetus Germ. jurisprudentia, constans tamen perpetua ac universalis, qua rem ipsam perficit, nec potuit peregrinorum jurium principiis suffocari, sed ex communi quasi naufragio illo, inter alia salva supersticit adque nos pervenit. Unde recte cum STRYKIO in *U. M. tit. de pac. §. 28.* concludendum: primam hodie in successione esse questio- nem: num adsta pacta successoria? si non, ad testamen- tum, si ne hoc, ad successionem legitimam recurrendum esse. Maxime vero pro instituto meo faciunt, vulgatissimæ illæ conjugum de unione prolium conven- tiones, nec non de universali successione, omnibusque post mortem alterius conjugis lucrantis bonis, quotidie occurrentia pacta dotalia. Conf. *Illustr. LEYSERUS in Medic. ad ff. Specim. XLIII. ib. 4. & 5.*

(\*) Num vero majoribus nostris aliqualis jam testamentorum usus fuerit? magis curiosa quam utilis mihi videtur esse questio. STRYK *de Suc. ab intest. cit. Differt. VIII. §. 4.* postquam adductum TACI- TI locum ita explicaverat: hunc Autorem nimirum, de testa- mento sua civitatis proprio, logi hocque saltem indigitare, apud Germanos

Germanos parentum hereditatem, sola ratione naturali, quasi tacita lege, liberis ab intestato esse delatam, eumque successoris modum, liberis deficientibus, in proximis etiam agnatis ac cognatis obtinuisse, sic, ut in tali casu nullum testamentum interveniret &c, tandem concludit, majoribus nostris, liberis vel cognatis deficientibus, omnino modum quendam, bona sua ultima voluntate in alium transferendi, usurpatum fuisse. Peculiares vero hujus hypothesis sive probationes ex *Seculo* demum *V.* & seqq. maxime vero ex *d. tit. 48. L.* RUPAR. nec non *cap. 19. L. IV.* CAPITULAR. aliisque veteribus monumentis (ex quibus tamen alias ipsa pacta successeria probari solent) petri defumisque. STRYKUM notat *Illiſſr. HEINEC.* d. l. §. 42. seq. &c, in *ſubſeq. tit. VII. p. tot.* ex multis argumentis ac documentis per omne ſeu evincit: testamenta plane non esse Germanicæ originis, sed uſum eorum Germanicos populos ab ipsis demum devictis Romanis extra Germaniam didicisse, in Germaniam vero eundem ſerius penetratæ, ac primitus ſaltrem inter illustres perſonas, in genere vero, ante peregrinorum iurium inveftionem, magis in ſimplici quadam forma, ac pro animæ ſaltē remedium, quam ſecundum juris Rom. ſubtilitates, ſubtilitate. Ipsi STRYKU argumenta & probationes levioris mihi quidem videntur eſſe momenti, qua ipsam rem tamen crederem, facili negotio hanc item inter *Viros Illuſſres* componi poſſe, dummodo ipſe controverſie ſatus reſte formetur. STRYKUS enim *d. l. §. 4. ¶ 5.* ubi huic veterem testandi modum, aut pactum, aut pacto tamē non abſimile conventionem fuisse, concedit, non obſcurē indigrit, ſe a conceiptu testamentorum, non ſolum proprie ſic diſtorum ac in iuriis Rom. ſenſu diſtorditorum, ſed & ad ejus imitacionem forte, ſub medio ſeo a Germanis pro animæ remedio, vel ſub ſpecie legati ad piam cauſam, conditorum, plane abhorre: Et hinc id, quod *Illiſſr. HEINECIO d. l. Paſſum ſucceſſorium*, illi *teſtamentum* eſt; Quapropter unica ſaltē adhuc remanet quæſtio: numne & aliquando maiores noſtri, ſub analogia quadam ultime voluntatis in genere diſtorditæ, vel clarius: numne aliquando revocabili terribi confiſtuerint heredem, ac factam declarationem (non enim ſemper actualiter, ſed ut plurimum ſit) ſaltē ac eventualiter bona ſuſ tradiditſe viidentur ad mortem uſque ſuſpenderint? Ex iis quidecum locis, ad quæ STRYKUS provocat, id diſſicillime probari poterit, num vero alias ſimpliciter negandum? adhuc altioris mihi videtur eſſe inδaginis,

(\*\*) Quid

(\*\*) Quid vero de pretiis sic dictis dispositivis, quæ jure Rom. non solum invalida, p. l. ult. C. de Pacf. sed etiam hunc in effectum reprobata fuerunt, ut & poena confiscationis obtinuerit, l. 30. ff de Donat. l. 2. §. ult. de His que ut indign., secundum principia juris Germ. dicendum sit? ardua mihi videut esse quaestio. In CAPITULAR. L. VII. cap. 32. ubi cautum: *Nusl. quidem de bonis usurpandis virorum, nec dividendi contra bonos mores, concessa licentia est, sed praeципiente patre, divisionem ob eo factam, durare, si modo usque ad extreum ejus vivendi statuum voluntas eadem perseverasse, doceatur, jus Rom. Lex lege enim 2. C. Theod. de fam. ex eis. hunc locum esse defluntum, aperte constat) adopratum quasi videmus; sic & in jure PROV. SAXON. L. II. Art. 30. dispositum legimus: Wer ihm Libe zusäger, nicht von Sypschaff oder Erbe, sondern von Gabe oder Gedings wegen, das soll man halten vor unrecht und nicht glauben, man möge dann gezeugen, daß das Gelübde vor Gericht bestätiger sey: clariss adhuc in jure PROV. ALAMAN. Art. 252. Aun Weyb mag irem Man chain Erb gegeben, des sy dannoch nicht geerbet hat, id des sy warter tze erben, und also en mag auch der Man seinem Weyb tze gleicher Weise, so mag auch niman dem andern chain Gut geben, noch geschaffen, das er nicht geerbet hat. Et hinc cum Illustri HEINECCIO. d. l. §. 68. concludendum est videtur, inter jus Romanum & patrium hac in re nihil esse discriminis. Verum enim vero, cum ipse Vir Illustris hinc inde sapienter indigite, multa esse in jure Germanico, quæ tamen non sunt genuini juris Germanici, idque tam de cit. Capitulo 32, quam Articulo 252. juris PROV. ALAM (Speculatorum Svec. enim jam passim utriusque, & Rom. & Germanici juris principia confundere, res ipsa docet) dici querat, dispositio vero Articlelli 30. juris PROV. SAXON. non ipsam rem seu pactum, quam potius modum faltem ac formam improbat, immo si dicendum quod res est, magis ad ipsa acquisitiva, quam dispositiva respiciat pacts, ubique etiam de jure fisci, in quo tamen cardo rei (quodsi enim uni pacientium ejusmodi relinquenda foret hereditas, certe stipulantis meliorem credere, conditionem esse) consistit, alatum sit silentium; Hinc malleum ad firmatatem communem pactorum provocare, & in partes Illustr. LEYSERI Med. ad ff. Specim. XLIII. tb. 3. & 4. ubi ad rationes*

tiones illas de repugnantia contra bonos mores votoque capti-  
de mortis &c , quibus tamen alias communis ferme DD. scho-  
la anxie inheret, solidissime responderet, easdemque moribus Ger-  
manie minime esse adcommodabiles , satis evincit, transire, ac  
in genere habere, hæc pacta secundum genuina juris Germ, prin-  
cipia salvare posse,

## §. V.

Forma pactorum dotalium est vel *essentialis*, vel *acci*. In forma es-  
sentialis, seu probatoria. *Essentialis*, ut omnium omnino fentiali ali-  
conventionum, consistit in consensu, (\*) quippe sine qualis inter  
quo nulla contrahitur obligatio; unde & firmissima re jus Rom &  
gula est: quod illi qui valide consentiant, valide etiam differentia.  
obligentur, vel, quod idem est, valide paciscantur, & con-  
tra; Ex quo porro sua sponte fluit, quod persona vel  
ipsa natura, ut mente capti, furiosi, quibus & extreme  
ebrios non absimilis habetur, vel ob animi defectum, ut  
impuberis, ad paciscendum matrimoniique contractum  
ineundum inhabiles, nulliter etiam pacta ineant dotalia.  
Verum quis heic differentiam inter jus Rom, ac patrum  
statuere, vel hæc horribilia secreta multis legibus juris  
Rom. corroborare vellent? In persona minoris tamen,  
animadverto, utriusque non convenire juris principia.  
Jure Rom. tutela, adepta pubertate finiebatur, & hinc mi-  
nor jure veteri D. & cum, & sine consensu curatoris  
omnis, salvo tamen restitutionis in integrum beneficio,  
valide agebat. Hoc, licet postea jure noviori, & quidem  
l. 3 C. de in integr. restit. ratione minoris curatorem haben-  
tis limitatur, ipsa minoris persona tamen, omniaque ean-  
dem respiciens negotia, a curatela libera ac excepta ma-  
nebant, & hinc minor non solum sine curatoris consensu  
matrimonium, p. l. 20 ff. de Ritu nupi. & l. 8. C. ead., sed & per  
consequentiam pacta dotalis, quippe, qua ipsum concer-  
nebant matrimonium, celebrare poterat. arg. l. 73. ff. de  
jure dotal. & l. 8. ff. de Pact. dotal. Verum, has juris Rom.

E

conclu-

conclusiones ad Germaniæ praxin vix ac ne vix quidem applicabiles esse, vel ex eo luculenter adpareat, quod ipsum juris Rom. principium, h. e., differentia inter tutelam ac curatelas, nunquam receptum, sed jus Germ. quod hancce differentiam plane respuit, etiam in iis locis, ubi alias minorenitatis juris Rom. terminus, ut in terris BRANDENB., LUNEB., MEGAP & POMER. &c., adprobatus, usu ac observantia retentum fuerit. Conf. CARPOV. P. II. conf. XI. def. 10. & illuſtr. HEINEC. Elem. jar. Germ. L. I. tit. XV. §. 302. aliisque. Cum itaque in eo omnes consentiant, quod inter tutores ac curatores nihil pene statuant discriminis, sed hi, finita tutela, eadem plerumque auctoritate, ac antea, administracionem ad legitimam usque etatem continent, sunt verba modo all. HEINECH, & hinc curatoris auctoritas, sese etiam ad ea, quæ alias minoris personam sollem concernunt, extendat; hinc nescio, quo jure STRYK d. I. Diff VIII. C. V. §. 13. nec non illuſtr. LEYSER Medit. ad Pand Specim. CCCVII. ib. 2. aliisque plures, heic juri Rom. strictissime inhærente, ac simpliciter adstruere queant, minorem indistincte sine curatoris consensu matrimonium, & consequenter etiam pacta dotalia, iniire posse, cum tamen ipsa patrii juris alias adprobata principia directe contrarium suadeant, vel potius jubeant, maxime, cum pacta dotalia, juxta jus Germ. considerata, nimurum ut species pactorum successoriorum, non minimæ sint consequentiae, hincque ex regulis juris Rom., non nisi invita omni ratione, metienda; ast hinc ille lacrymæ. Conf. illuſtr. SIBRAND. in Diff. de Pact. Dotal. Sect. I. §. 5. ubi juris patrii observantiam, per omnem ferme Saxon. inferiorum ostendit.

(\*) Cum, uti in omnibus conventionibus, ita & in materia successionsis pactitiz, solus consensus negotium conficiat, & nec jure civili Rom. nec etiam Germ. pacta renunciativa unquam prohibita ac invalida fuerint, vid. supr. §. 4. ibidemque nos 2. hinc facile animadverteris dispositionem Jur. Can. in cap. 2. de pact. in 6. quæ ita: Quavis pactum patri factum a filia, dum nupti tradiebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, impræcep-

bet lex civilis [respicitur ad l. 3. C. de coll. ast male eam, ut fratrem in oculos incurrit, interpretatur Papa] si tamen juramento, non vi nec dolo prestito, firmatum fuerit, ab eadem omnino servari debet; cum non vergat in eternae salutis dispensandum, nec redundet in alterius derrimentum, plane otiosam esse, ejusque vero anxiam in praxi observantiam, ex malo intellectu juris Rom. ac neglectu juris Germ. promanasse. Unde miror, nec satis mirari possum, ipsum STRYCKIUM, qui tamen d. l. cap. XII. §. 4. seq. pro aris ac focis, pro justitia horum paectorum secundum jus civ. Rom. certat, nihilominus cap. X. §. 18 eod. simpliciter necessitatem juramenti propugnare. Bene hanc inconvenientem juris Can. applicationem jam animadverxit SCHILTER Exerc. VIII. §. 40. ubi, licet in ea est opinione, quod jus Rom. haec renuntiativa pacta reprobet, nihilominus [& catenus recte] in simplicitate juris Germ., quippe quod in tota hacce materia vicem juris Com. subit, subsistit, conf. ea, que habet Illustr. HEINEC. cit. Elem. Lib. II. tit. VI. §. 161.

## §. VI.

Forma accidentalis seu probatoria circa testes, Scripturam, insinuationem ac judicis presentiam versatur, nullum horum vero in jure Rom. (\*) necessario requiri, nuspiciam inveni; id quod juxta hujus juris principia, sepe & facile ita habere potuit, cum pacta dotalia actis falsis, qua materiam, limitibus circumscripta fuerint, ac non nisi de dote ac donatione pp. nuptias substituerint. Verum has juris Rom. regulas ad pacta dotalia, jure Germ. considerata, haud accommodari posse, vel ipsa diversissima horum a Romanis paectorum natura fraudet, imo tot innumeras ac infinitas circa eadem exortas lites, ex hac mala juris Romani applicatione originem traxisse, cuius cordato in oculos incurrit. Duplicem enim habemus juxta juris Germ. principia, paectorum dotalium speciem; una simplicem falso dotis vel dotalitii constitutionem concernit, & hanc ex communibus omnium vulgarium conventionum regulis metiendam esse, admitto. Altera vero circa futuram conjugum successionem ac he-

Sic quoque  
in forma  
probatoria.

redis denominationem versatur, in qua tamen cautius mercandum vel ipsa ratio politica jubet. Evidem absonum foret, terupulosos illos a majoribus nostris in pais suis successoris adhibitos ritus, heic omnes in censum redigere velle. vid sup. §. 4., non tamen est, quod statim in alterum transeamus extremum, & ideo, quod in jure Rom. circa externam formam nihil praecise cautum fuerit, validitatem horum pactorum eo usque extendamus, ut & omnem post habeamus externam solemnitatem ac chartulæ a solis tantum conjugibus subscriptæ vim ac effectum universalis deferendæ hereditatis tribuamus, id quod inter alios STRYK cit. Diff. VIII. Cap. V. §. 7. contra RICHTERUM in Decif. XXVI. n. 5., ast male, defendit. Et hinc in defectu Statuti, formam externam præscribentis, pactum dotale de futura conjugum successione disponens, at a solis tantum conjugibus contractum subscriptumque, nec testibus nec insinuatione &c. corroboratum, ex ipsis juris patrii principiis in totum reprobarem. Dissentire etiam videtur illustr. LEYSER Specim. CCCVII. ib. 12. sed vid. not. 1.

(\*) Evidem JUSTINIANUS, trocho, ut constat, versatilius, Nov. 127. C. 2. donationis propter nuptias, quingentos solidos excedentis, insinuationem, quam tamen Nov. 119. C. 1. ubi ex donatione pp. nuptias speciale efformat contractum, remiserat, iterum, & quidem ratione mariti, ultra dictam summam lucrari volentis, recouit: quæ dispositio eriam a plurimis DD. ad pacta dotalia moderna applicatur, ita, ut eadem juxta prædictum modum concepta, ratione mariti subsisteret haud posse credatur nisi insinuata fuerint, ut & id STRYCK U. M. tit. de Pacf. dotal. nec non III. LEYSER cit. Med. Spec. CCCX. tb. I opinantur. Verum enim vero, sicuti in toto hic materia juris Rom. principia adhuc dum exulant, hincque ejusdem speciales conclusiones, non, nisi principiis juris patrii aperte vim inferre velimus, adcommodari possunt: ita & in presenti casu juris Rom. applicationem minus recte fieri, crederem, maxime cum plane diversam, uti Cap. seq. videbimus, in praxi habeamus donationem pp. nuptias. Ipsam insinuationem pactorum dotalium, ego quidem nunquam reprobaverim

verim, maxime, si de futura conjugum successione disponant, aliquis extrajudicialibus solemnitatibus non sint firmata, modum ac rationem vero ejus, ex Nov. 127 C. i. petere, h. e. eandem ex solo quanto metiri, & quod ridiculum ferme, heis inter maritum & uxorem aliquam fingere velle differentiam, mihi sat inconveniens videtur. Eo nescio, quomodo haec, cum ipsorum *Dottiſſim. Virosuſm* principiū cohærent. Alibi, uti in §. vide-mus, acriter defendant, haec pacta dotalia indistincte, [in quo tamen ab illis discedere cogor] dummodo forte per scripturam a solis conjugib⁹ subscriptam, vel alio quovis modo probari posint, licet etiam nulli plane adhibiti fuerint testes, valere, & tamen heic, ubi de summa saltem particulari, h. e. quingentis solidis, agitur, præcise insinuationem, requirunt; que tamen vix sunt compatibilia, nisi supponas, eosdem semper hunc supponere casum; ast quicquid sit, est & manet nihilominus *Novella* 127. scrupulosa, ac moribus vix ac ne vix quidem accommoda' lis.

- (\*) Vulgarissima alias pactorum dotalium divisio est, in simplicia, h. e. in vim contractus, & mixta, h. e. in vim ultimæ voluntatis subsistētia. Non unanimis tamen DD de ea est opinio. Sunt, qui omnia pacta dotalia in vim contractus subsistere, ac invito altero plane non revocari posse, existimant, alii contra directe contrarium defendunt, conf. laud. STRYCK d. I. §. 39. seq. Praxis tamen eandem sibi certis formulis recepit, distinguedo: num verba ad bona saltem respiciant, v. g. Si soll meine Güther haben und behalten / an successionis mentio injecta fuerit: Sic soll meine Güther erben; Sie soll darin succedieren; hoc posteriori vero easu ad imitationem donationis m. c. quinque testes requiringendo, ac revocationem permittendo. Verum inconvenientiam hujus rei, & infusam juris Rom. immixtionem, bene animi advertit Illustr. LEYSER cit. Med. Spec. CCCVIII ib. I. ita edificerendo: *pacta sic dicta mixta, pugnare cum natura pactorum, pugnare cum principiis juris patrii, pugnare cum candore Germanorum; ac esse denique verum monstrum, partim ex jure Rom., partim jure Germ. conflatum.* Imprimis vero notabilia sunt, que in subsequentibus tradit: nimur: *Pacta dotalia in dubio per modum contractus inita censeri, voces Hereditatis, Successionis iterum legitimæ, etiam in pactis permodum contractus initis, adliberi posse, vocem erblich, contractum magis indicare quam ultimam voluntatem, pactorum dotalium inter vivos initiorum*

initiorum naturam, clausalam codicillarem adjectam non mutare, solam quinque essium adibitionem ultimam voluntatem non facere, nec mortis mentionem, & verba auf den Todestag ultimam voluntatem inducere, quaeque omnia solidis confirmat præjudiciis. Quapropter dummodo ejusmodi solidioris praxis principia supponantur, crederem, huic distinctioni parum, aut nihil magis esse tribuendum, & ejusmodi instrumentum dotale, revera ultimam continens voluntatem, magis pro specie quadam testamenti reciprocis, in viis codicilli subsistentis, aut donatione quadam m. c. reciproca, quam pro vero pacto dotali habendum esse, preprimis cum ipsa DD. schola, hic omnes peculiares ultime voluntatis effectus v. g. detractionem Falcidæ ac Trebellianæ locum habere velit. conf. STRYCK de Caut. Cont. III. cap. VIII. §. 36.

## §. VII.

Maxima vero  
in Effectu ju-  
ris Rom. ac  
German. est ren-  
tentia. Jure Rom. pacta dotalia, uti omnes omnino con-

ventiones, personas ac heredes pacifcentium non egrediuuntur, sed saltem ex stipulatu & præscriptis verbis actio datur. §. 29. J. de Act. add. LAUTERB. Compend. Juris ad T. ff. de Paet. dotal. Verum in his non subsistit jus Germ., quippe, ex generali pactorum successoriorum validate, non solum peculiares pacti effectus, qua ipsam futuram successionem admittendo, sed & insuper omnia ea, quæ lex & testamentum operantur, pactis dotalibus tribuendo. Hinc pacta dotalia a) constituunt irrevocabile jus succedendi, h. e. nonsolum impediunt testamenti factionem, minimum tamen, qua futura hereditas in obligacionem deducta fuerit, conf. illus. LEYSER. cit. Med. Spec. CCCVII. Th. VI. sed & ipsi derogant legis provisioni, h. e. Statuto, Id. d. I. Th. V. b) devoluta successione (\*) tribuunt reale jus hereditarium, h. e. superstes pro universali successore, tam qua activa, quam passiva jura, habetur, STRYK d. Diff. VIII. C. V. §. 28, (\*\*) iisdemque remedii, quæ alias heredi civili competunt, uti potest. (\*\*\*)

(\*) Commu-

(\*) Communis ferme DD. opinio est, quod statim a tempore pacti jus reale hereditarium, ipsa conjugum bona afficiens, constituantur, hinc que non solum testamgent factio, sed etiam bonorum alienatio impeditatur, STRYK d. Cap. V. §. 24., ubi hanc superstruit rationem, quod pacta dotalia sint irrevocabilia, quodsi vero bonorum alienatio permitteretur, una via admitteretur, quod altera prohibitum esset, h e. pacta dotalia per indirectum revocari possent. Quid vero haec sibi velint, & quomodo cum pauperum natura conciliari possint? ego quidem non percipio. Si enim per ius illud reale, ius ex pacto quiescit, vi cuius alteruter conjugum, animadvertis bonorum alienationem in fraudem pacti & iui praejudicium tendere, quovis modo, re adhuc integra, eandem impediens, & contra alterius personam, sibi pacto obligat, iustis remedii uti potest, intelligitur, res quidem per quam bene se habet, ast haec omnia non involunt ius reale ac bona ipsa afficiens. Quodsi vero actuale quoddam ius in re supponitur, quod bona ita afficit, ut ipsa alienatio, quasi a non domino facta annullari revocarique possit, sane infinite absurditates ac insanabiles contradictiones profluunt. Sic sequeretur a) mutuam illam heredis constitutionem, & simul operari mutuam bonorum, minimum fictam traditionem dominice translationem, b) utrumque desinere esse dominum rerum suarum, c) neutrum tamen, ex pacto heredem existentem, teneri defuncti factum praestare; quæ tamen omnia aperte cum ipsa rei ac partii natura pugnant. Hinc, sicuti nec in testamentaria nec legitima successione, jus reale hereditarium, ante mortem existit, (viventis enim nulla est hereditas), ita nec hic illud sepe prius exercere potest; ad solam vero illam, ex pacta irrevocabilem successionem, reali jure quodam minime opus est; immo ipse STRYK d. I. §. 31. id iterum evertit, cum ad istos proprie ex jure in re fluentes effectus, expressam requirat hypothecæ constitutionem. Interim tamen, ne sic quidem inconvenientia evitatur; nam donec conceptus heredis remanet, h e donec successio sub titulo universaliter supponitur, hypotheca illa constituta, eo usque tamen nihil operari potest, ut superstes, vel totam vel quoram hereditatis acquirat, & non simul praestet defuncti factum: sunt enim & manent contradictiones in adjecto.

(\*\*) Quæ Auct<sup>r</sup> d. I. de pacto mixto, tam de tota hereditate, quam parte ejusdem concepto, ac universalem successionem tribuente, haber, ex iis sunt declaranda limitandaque, que in Caus. Contr. d. I. ex Responso quodam adstruit; Ferner auch obige Paſta nicht anders

## CAP. II.

anders als jure codicillorum giltig seyn; in Rechten aber nirgends gegründet / quod in codicillis Trebellianica vel Falcidia adimi posse, nam, ubi hereditas afferri nequit, ibi nec falcidia prohiberi potest, quis aliqui in effectu adimeretur hereditas ab intestato venientibus, quod vero una via non dicit, id nec alia via permittendum, C 84. de R. J. in 6: Nun kann aber per Codicilos denen heredibus ab intestato die Erbhaft nicht benommen werden! §. 2. J. de Cod. Kan also auch Trebellianica oder Falcidia nicht &c. Quibus praesuppositis, in sic dicto pacto mixto, semper ab intestato successioni locus erit, nec hereditas directe, sed saltem per indirectum transferri poterit. Sic & quæ §. 29. Et 30 sequuntur: in rebus particularibus superfitem conjugem pro singulari saltē haberi successore, as tamen alienum ante omnia deducendum esse, imo mulierem, pro rata jam accepta, post emergente ære alieno, ipsi heredi teneri, recte quidem sese habent, limitatio vero paulo post §. 31. adjecta, quod conjuges ratione hujus in pactis dotalibus promisse portionis, sibi de expressa propiciantes hypotheca, actuale jus hypothecarium, & sic etiam pro temporis ratione prælationem habeant, iniquissimam illam juris Rom. sub specie donationis pp. nuptias ad hodierna pacta dotalia adplicationem redolent, de quibus vid. seq. Cap. III. §. ult.

(\*\*) Nescio vero quid STRYKIUm d. l. §. 35. moverit, ut ex hoc jure hereditario descendenter realē actionem, contra heredes saltē defuncti, ad exemplum realis actionis pro legatis consequendis, non vero contra tertium possessorē intituti posse existimet, cum tamen illa realis actio pro legatis consequendis, omnino contra tertium possessorē detur p. 1, 25. pr. de obl. Et act. & jam ex HOPPIO in Comment. ad §. II. J. de Leg. notum sit, transire ipso jure dominium rei legata [specie sc.] in Legatarium, ita ut vel contra heredem ex testamento, vel etiam rei vindicatione contra tertium possessorē agere possit. Quod & multo magis locum habebit, si superstes sub universali titulo succedit, eo ipso enim non potest non iisdem remediis, que civili competent heredi, contra tertium possessorē vel universalem vel particularem gaudere.

## CAP. III.

CAPVT III.  
DE  
DONATIONE PROPTER  
NUPTIAS.

§. I.

Duplex in ZZ. Romanis deprehenditur donatio in Donatio sim-  
ter virum & uxorem, propria nimirum & impro- plex in jur.  
pria. Propria consistit in actuali quadam in acci Rom, quid?  
pientem collatione, & vocatur alias in jure simplex.  
Hec usque ad SEVERI ac ANTONINI tempora simpliciter  
invalida ac prohibita erat, ita, ut ne quidem morte con-  
firmari, sed ab hereditibus defuncti revocari posset. Ve-  
rum Imp. ANTONINUS ante exceßum D. SEVERI patris  
sui, oratione in Senatu habita, auctor fuit Senati censem-  
di, FULVIO ÆMILIO & NUMMIO ALBINO C.C., ut aliquid  
laxaret ex juris rigore, sunt verba ULPIANI in l. 32. ff. de  
donat, inter V. & ux. ubi §. 2. hæc refert orationis verba:  
fas esse eum quidem qui donavit, paniere, heredem vero eripere  
forstian adversus voluntatem ejus qui donaverit, durum & ava-  
rum esse. Hujus prohibitionis caufam, illimitatam illam  
divortiorum licentiam fuisse, ex ipsis, quas nobis suppe-  
ditant leges, rationibus non obscure liquet, ut in l. t. ff.  
hic: ne mutuo amore invicem spolientur: item l. 3. ff. hic: ne me-  
lior in paupertatem incidas deterior ditor fiat; optime vero  
verba §. 10. d. l. 32. Si divortium intercessit: aut prior  
decesserit, qui donum accepit, veteri juri statut, hoc est, si maritus  
uxori donatum vult, valeat donatio, quodsi non vult extinguitar,  
plerique enim cum bona gratia discedunt, plerique cum ira sui  
animi & offensa, hoc innuunt. (\*) Verum de hac, &  
quid jure Germ. circa illam obtineat, in ultimo Cap. plus  
dicendi locus erit.

F. (\*) Evidem

(\*) Evidem Illusfr. HEINEC. in *Antiq. jur. Rom.* lib. II. cap. VII. §. 8.  
 hujus prohibitionis rationem, ex antiqua illa uxorum in manus  
 conventione, secundum quam maritus ac uxor pro una persona,  
 non secus a pater & filia familias habebatur, derivat; Verum  
 [quod pace *Viri Illusfr.* dixerim] tantum quidem exinde colligi  
 posset, hanc donationem non valuisse, nisi morte eandem mari-  
 tus confirmasset, sicuti & patris donatio id requirebat; id mini-  
 mum tamen exinde non adparet cur ejusmodi donatio  
 ante simplicitate prohibita fuerit, & licet donans in ea volun-  
 tate ad mortem usque persistenter, nihilominus ab heredibus de-  
 functi revocari potuerit. Supposita etiam hac ratione, nescirem-  
 eur & aliarum personarum intuitu matrimonii factae donationes  
 [de quibus UPLIANUS in d. l. 32. §. 16. ita: oratio (ANTO-  
 NINI sc.) non solum virum & uxorem complectitur, sed etiam  
 ceteros, qui propter matrimonium donare probentur: utputa  
 donat ficer naru vel contra, vel ficer genero vel contra, vel  
 consocer consocero &c.] eodem modo, quo conjugum donationes  
 prohibite fuerint. Quapropter nescio, quid TRIBONIANUS  
 hanc omittent rationem, peccaverit, ut tam graviter vapulet ab  
 Illusfr. HOFFMANNO in *Dissert.* de *Donat.* pp. mpt §. 3. in not.  
 ubi ita: Mirari forte quis posset has rationes a *J. Cis* suis pre-  
 teritis: sed mirari desiderit qui considerare voluerit, vetera ---  
 TRIBONIANUM in compilando juve, que ad jus antiquum referenda,  
 studio suisse, non sine posteritatis injuria, orta inde difficultate,  
 qua bodierna laborat jurisprudentia, ut in subtilissimi juris arca-  
 na, non semper nos penetrare queamus. Sicuti enim filius Imperii,  
 ut ita loquar, exinde non dependerit, num hujus prohibitionis  
 rationem ex in manus conventione, an aliunde derivemus, ita  
 & crederem, TRIBONIANUM hac vice satis officio suo functum  
 esse, ac sufficienter eandem nobis in *LL.* indigitasse,

## §. II.

Donationis  
 ante nupt.  
 a simplici  
 differentia.

Altera sic dicta impropria, non consistit in actuali  
 rei traditione, sed a marito mulieri ex bonis ejus, vel in  
 re quandam speciali, vel etiam quantitate, & quidem in  
 compensationem dotis constituitur, et vulgo vocatur do-  
 natio propter nuptias. Hanc donationem quadam tenus  
 quidem, nobis describit *Imper.* JUSTIANUS in §. 3. J. de  
 donat, eamque veteribus incognitam & a junioribus de-  
 dum

mum *Principibus* introductam fuisse tradit; cum vero spē-  
ciale tempus, ad quod eandem referre queamus, omittat,  
nec etiam eam distincte proponat, operæ pretium erit,  
pauca de origine ac progressu ejus præmittere.

## §. III.

In prioribus *LL.*, *Tit. C. de donat. ante nupt.* simpli. Donationis  
cem saltem desponsatorum donationem, seu sponsalitiam pp. nuptias  
largitatem præter arrham factam, invenimus, quæ vel si- origo.  
ne respectu ad futuras nuptias, vel etiam intuitu earum  
conferebatur. (\*) Prior, licet etiam nuptiæ non essent in  
fecutæ, valida tamen ac irrevocabilis manebat *L. 10. 11. & 12.*  
*C. bic.*, ac semper, nisi expressum esset, num intuitu nuptia-  
rum fieret, nec ne, subintelligebatur. Quod vero *Con-*  
*stantinus* in *L. 15. bic* mutat, santiendo, quod quævis ab  
uno desponsatorum in alterum facta donatio, intuitu fu-  
turi matrimonii facta præsumenda esset, ac nuptiis, v. c.,  
morte alterius non infecutis, nisi donans causam non  
contrahendi matrimonii præbuisset, repeti posset, quod  
tamen in *seq. L. 10. hic* ratione sponsi, sponsæ, interve-  
niente osculo aliquid donantis & ante nuptias deceden-  
tis, ita limitat, ut h. c. dimidia pars apud superstitem  
sponsam remaneret, altera, defuncti sponsi heredibus re-  
stitueretur. Sicuti vero, juxta scrupulosam *L. Cincia* dis-  
positiorem (quam D. *Pius* in personis conjunctis fal-  
tem sustulerat, cujusque in *L. 4. C. THEOD. de donat.* men-  
tio injicitur) cuivis donationi mancipatio ac traditio ac-  
cedere dehebat, ita & hæc ante nuptias donatio actu-  
alem requirebat traditionem *arg. L. 3. C. THEOD. de Spon-*  
*sal. & ante nupt. don.* quam traditionis necessitatem ta-  
men *THEODOSIUS junior* in *L. ult. C. THEOD. eod.*  
(cujus legis posteriora saltem verba, *TRIBONIANUS*  
in *L. 17. C. bic.*, & insuper legis sententia interpolata,  
adducit) itidem, ad imitationem forsan *Constitutionis*  
*D. PH.*, remittit; sunt vero legis verba: *Si donationis in-*

instrumentum ante nuptias, actorum solemnitate firmatum sit, de traditione, utrum nuptias antecesserit an secuta sit, vel penitus pretermissa minime perquiratur &c. Cum itaque ex eo tempore, haec in sponsam ante nuptias facta donatio, apud sponsum maritumque remanere coepit, hinc & subsequentes Imperatores occasionem coepisse videntur, novam aliquam, ex hac simplici ante nuptias donatione, efformare donationem, & quidem talem, quae non solum sponsae non traderetur, sed & saltem eventualiter in casum soluti matrimonii, conscriberetur. Talem vero donationem ante nuptias jam in Constitutione LEONIS in l. 9. C. de Patr. conv. & ZENONIS in l. 18. C. de donat. ante nupt. offendimus; quo circa verosimilissimum est, quod JUSTINIANUS in d. §. 3. j. de don. per juniores Principes, qui hanc introduxisse donationem ibidem feruntur, LEONEM ac ZENONEM (nisi jam ipsum THEOD. jun. auctorem habere velis) intelligat. Duo vero singularia, & simplici sponsalitiae largitati propria, in hac ante nuptias donatione remanebant, nimirum, ut tam ante nuptias constitui, quam , summam legitimam, (quam THEOD. jun. in d. l. ult. C. Theod. ad ducentos aureos restringit, JUSTINIANUS vero, primo ad trecentos, mox quingenitos aureos extendit l. 34. & 37. C. de donat.) excedens insinuari deberet; quod utrumque JUSTINUS in l. 19. C. de donat. ante nupt. qua augmentum dotis, constante matrimonii facti, limitat, JUSTINIANUS vero in l. 20. eod. tollit, vocem ante, in propter convertendo disponendoque, ut nonsolum constante matrimonio initiari, sed & insinuari posset.

(\*) In hanc desponsatorum donationem simplicem, non quidem donationis inter virum & uxorem prohibito cadebat; mirandum tamen, quam scrupulosi Romani hac in materia fuerint, id quod inter alia ex l. 4. C. de donat. ante nupt. ubi ita: *Quod sponsae ea lege donatur, ut tunc dominium ejus adspicitur, cum nuptia fuerint secute, fine efficiatur: nec non ex l. 6. eod. Cum in te simplicem donationem dicas factam esse die nuptiarum, & in ambiguum possit venire, utrum a sponsis*

sponso, an a marito donatum sit: sic distinguendum est, ut si intua domo donum acceptum est, ante nuptias videatur facta esse donatione. Quodsi penes se dedit sponsus, retrahi posset. Uxor enim suisti, videre est.

## §. IV.

Hæc sunt fata donationis pp. nuptias *Antejustinianæ*<sup>3</sup> Mutationes paria immo majora sub ipso JUSTINIANO passa est. Jure C. ejusdem sub hæc donatio propter nuptias non erat necessitatis, sed ipso Justiniano libertatis, immo meræ liberalitatis, vt id ex l. 20. C. hic, no. & l. 7. C. de dot. prom. luculenter adparet, quod tamen JUSTINIANUS in Nov. 91. C. 2. ad necessitatem trahit. Jure C. insinuatio donationis per d. l. 20. C. hic, constante quidem matrimonio fieri poterat, h. e. marito licebat, fieri tamen debebat, si mulier quid lucrari vellet, uti hoc proem. d. l. fatus clare indigit, add. l. 31. C. de Jure dot. i jure novissimo vero, ratione mulieris, non magis opus est insinuatione, Nov. 119. Cap. 1. & Nov. 127. Cap. 2. Jure C. donatione pp. nuptias doti non debebat esse æqualis, per l. 9. C. de Paet Conv. l. 10. C. cod. d. l. 20. C. hic; Jure novissimo vero, exacta æqualitas, tam ratione constitutioonis quam lucri, inter dotem & donationem pp. nuptias requiritur, per Nov. 97. C. 1. Jure Cod denique, mulier in rebus propter nuptias donatis, tacita saltem gaudebat hypotheca per l. 29. C. de jure dot. & l. 12. C. qui por. in pign. ita tamen, ut ratione quantitatis in omnibus mariti bonis generalem haberet hypothecam, quod & non mutatum fuit; Jure noviss. vero, in rebus immobilibus in donationem hanc conscriptis, mulieri competit dominium, juxta Nov. 61. C. 1. (\*)

(\*) Plurimi DD. hanc Novellam de actione hypothecaria & jure pignoris in elligunt; verum sine omni ratione. a) Ipsa præfatio jam indigit, Imperatorem heic jus anterius, h. e. Codicis, secundum quod mulieri tacita vel generalis, vel specialis hypotheca, pro hac donatione concessiverat, corrigerem velle; b) Ex verborum contextu luculenter adparet: Justinianam sese heic ad pr. J. qvib. alienare licet vel non, nec non ad l. 22. C. ad

## CAP. III.

*Si cum Vellej. referre, eademque jura, quæ ibidem de fundi do-*  
*talis alienatione disponuerat, huc trahere velle: quonodo vero,*  
*queso! hac ad jus pignoris vel actionem hypothecariam qua-*  
*drant? c] JUSTINIANUS heic refert, quosdam suorum judi-*  
*cum non immoderate fecisse, qui etiam ipsam in rem*  
*actionem, mulieribus post matrimonii transactionem in*  
*sponsalitia largitate dederint; Ex quibus verbis vero, manibus*  
*palpari potest, quod hi judices, contra prioris juris rationem quid*  
*fecerint. h. e. ipsam rei vindicationem mulieribus conceperint,*  
*in quo tamen nunc illis JUSTINIANUS, adstipulatur, cosdemque*  
*tacite ac per indirectum laudat; quod rāmen plane supervacaneum*  
*fuisse, si hi judices, hypothecariam saltem actionem, quippe,*  
*qua mulieribus jam omni juri competenter, dedissent; imo per se*  
*intelligeretur, cosdem nihil immoderate facere potuisse, ut &*  
*sic emphatica locutione quadam minime opus fuisse; clarius*  
*vero adhuc d] indigitatur, heic de dominio reique vindicatione*  
*sermonem esse, cum & JUSTINIANUS subjungit, hoc [intellige*  
*quod de ipsa in rem actione dixerat] recte quidem in-*  
*choatum, a posteris vero judicibus, quasi pro supervacanea qua-*  
*dam subtilitate, contemptum fuisse; quod commode quidem de*  
*rei vindicatione in relatione ad actionem hypothecariam, quippe,*  
*qua æque realis, ac idem ferme jus tribuere videbatur, non sine*  
*absurditate vero, de actione hypothecaria in relatione ad aliam*  
*quandam personalē actionem, intelligi potest,*

## §. VI.

Quid sit do- Deprehendo vero omnes omnino LL. juris Rom.,  
 natio pp. hanc donationem, ut eventuale lucrum mulieri post  
 nupt. in sen- matrimonii transactionem obveniens, depingere; qua-  
 si juris Rom. propter mihi nihil aliud est quam: donatio remuneratoria  
 a sponso vel marito, sponsa vel uxori facta in compensationem  
 lucri, quod ille eventualiter ex dote sperat. Duplici vero  
 modo maritus dotem lucrari poterat, vel ex Lege, vel ex  
 Pacto. Ex lege, si mulier causam divortio præberet, quo  
 circa æquum videbatur, ut mulieri Anipherna, seu dos  
 contraria constitueretur, quam illa vice versa, h. e. si  
 maritus causam divortio daturus sit, lucraretur; quod  
 & in l. 8. C. de Repud. claris verbis cautum legimus. Ex  
 pacto

pacto vero, si illi iuxta pactorum dotalium tenorem, vel tota dos, vel pars ejusdem, muliere præmoriente, promissa esset; unde & maritus tenebatur ejusdem quantitatis summam, vel in re quadam, vel pecunia, in dotis compensationem conscribere, quæ constante quidem matrimonio, apud maritum remaneret, præmoriente vero eo, ad mulierem spectaret, & de hoc casu in specie loquuntur L. 9. C. de pacl. conv. l. 29. C. de jure dot. l. 12. C. qui potior. in pign., nec non Nov. 97. C. I. de utroque casu vero, commode intelligi possunt. L. 19. & 12. C. de donat. ante nupt. aliæque plures, nec non Nov. 61. C. 1. & 91. C. 2. &c. (\*)

(\*) Primariam hujus<sup>o</sup> constituendæ donationis rationem, divortia fuisse, recte quidem plurimi animadvertisunt DD. verum conclusio, quam inde trahunt, hanc donationem nimurum in dotis securitatem constitutam esse, nec JUSTINIANO, nec ullo suorum Antecessor, in mentem venisse videtur, in Legibus minimum, ne verbulum hucusque invenire potui, ex quoniam adpareat, hanc donationem dotis securitatem respexisse. Qui ad l. 29. C. de jure dot. provocant exque ea conjicunt, mulierem heic, marito ad inopiam vergente, vice dotis antiphernam vindicasse suam, clara legis verba: Ubi adhuc matrimonio constituto, maritus ad inopiam sit deductus, & mulier sibi prospicere velit, resque sibi superpositas pro dote, & ante nuptias donatione, rebusque extra dotem constitutas, tenere, non tantum mariti res ei tenenti, & super his ad judicium vocate, exceptionis praefiduum ad expellendum ab hypotheca secundum creditorem praesumus: sed etiam &c. vel non intelligent vel etiam intelligere nolunt; cum tamen in oculos incurrit, mulierem heic non vice dotis antiphernam, sed & dotem, & donationem pp. nuptias, & paraphernalia bona, vel ex concurso, vel a tercio juniori creditore, vindicare, & quidem, ut potuisse, si matrimonium eo modo dissolutum esset, quo dotis & ante nuptias donationis exactio, ei competere poterat. Qui vero ad Novell 97. cap. 1. ubi de exequatione dotis & donationis pp. nuptias agitur, confugint, paulo serius veniunt, cum runc jam pingue istud ac longe amplius juris protopraxias remedium, in l. assidue 12. C. qui pot. in pign., pro dotis securitate introductum esset. Et si dicendum quod res est, ex hac ipsa Novella directe contrarium

adpa-

adparet; Corrigit enim JUSTINIANUS heic, Constitutionem LÉONINAM in l. 9. C. de paſt. conſ., qua ita: Ex morte cuius cunque perſone, ſive marieſ ſive mulieris, eandem partem, non pecunie quantitatē, tam virum ex dote, quam mulierem ex ante nuptias donatione lucrari decernimus: Veluti ſi maritus mille ſolidorum ante nuptias donationem conſecerit, ficebit muleri, & minoris & amplioris quantitatē dotem offerre, & marito ſimiliter ante nuptias donationem &c. quamque ille etiam in l. 10. C. eod. nec non 1. ult. C. de donat. ante nupt. adhuc ubique salvam haberet vult, hunc in modum: Hoc igitur, inquit, ante alia univerſa corrigimus, aequalia in dotibus eſſe & proper nuptias donationibus, & ea que offeruntur, & ea que in stipulationem deducuntur patrata; & tantam quidem quantitatē conſcribere virum, quantam & mulierem: tantum quoque lucrum stipulari, & ex tanta parte ex quanta voluerit, aequali ramen mēſure. Non enim aliter iustitia & equitas fervabit ratio. Irideri videatur undique lex, ſi ille quidem conſcribat duo milia aureos: inilier autem ſex millia forte in dotem offerat, & stipulentur alterutros quartam conſcripta, in lucro percipere &c. Nunc quæſo! quanam fuerit dotis ex hac donatione, ante diſpositionem d. 4. 12. C. qui pot. in pign. ſecuriras? & cur Imperatores ejusmodi permiferint & dotis & donationis propter nuptias inæqualitem? quanam vero, poſt introdūctionem d. legi 12. ulteriori opus fuerit ſecuritate? & cur denique Imperatores non ab initio neceſſitatem eam conſtituendi, maritis impofuerint, tamque ſcrupuloiſi fuerint, ut & nequidem conſtantē matrimonio, eandem conſcribi permiferint, ſi id quod per fideiſuſores non licebat, hac donatione fieri voluerint? Breveriter, haec ſententia non fundamento ſolum, ſed & omni mihi videtur defiruta eſſe verofimilitate, & miror nec ſatis mirari poſsum, quod acutissimi alias Jſci nostri, in ea haueant opinione.

## §. VII.

Hæc eſt donatio pp. nuptias in ſensu juris Rom. Cum vero æque hodie nihil ferme hac donatione in patris dotalibus ſolemnius, tanta vero utriusque & Rom. & Germ. juris diſſerentiā ſit, ut nil niſi nudum nomen ac vocabulum juris Rom. adcommodeari poſſe videatur, licet dolendum, aliquando ſat imperite imprudenterque utriusque juris confundi principia; hinc non abſre erit, hujus

hujus confusionis duobus exponere posteaque differen-  
tias juris Rom. ac Germ. brevibus conferre. Discimus ve-  
ro jam ex TACITO de moribus Germ. Cap. XVIII. dotem non  
uxorem marito, sed maritum uxori obtulisse : quem morem  
etiam mediis persticuisse ævis, patrii juris monumenta  
sat ac abunde evincunt. Sic caueum in L. RIUAR. Tit.  
XXXVII. Si quis mulierem desponsaverit, quicquid ei per tabularum  
seu chartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter in convulsu  
permaneat. Si autem per seriem scripturarum ei nibil contulerit, si  
virum supervixerit, quinquaginta solidos in dorem recipiat, & ter-  
tiam partem de omni re, quam simul conlaboraverint, sibi studeat  
evindicare, vel quicquid ei in morgengabe traditum fuerat, simili-  
ter faciat. Similiter L. BAIOARIORUM Tit. VII. c. XV. si  
quis liber liberam uxorem suam, sine aliquo vicio per invidiam  
dimiserit, cum quadraginta & alto solidis componat parentibus.  
Mulieri autem dorem suum, secundum genealogiam suam solvit le-  
gitime. Et quicquid illa de rebus parentum ibi adduxit, omnia  
reddantur mulieri illi. Nec minus L. SAXON. tit. VI. VII.  
& VIII: ubi inter OSTPHALOS, ANGRARIOS & WEST-  
PHALOS hoc suisse discriminis videmus: OSTPHALI,  
fertur ibidem, & ANGRARII volunt: si fœmina filias genuer-  
it, habeat dorem, quam in nuptijs accepit, quamdiu vivat, filiis-  
que dimittat. & vero filii matre superstite moriantur, ipsaque post  
obierit, dorem proximi eius in hereditatem accipiant. Si autem  
filios non haberit, dos ad dancem, si vivit, revertatur; si defun-  
ctus est, ad proximos heredes ejus. Apud WESTPHALOS, post-  
quam mulier filios genuerit, dorem amittat, si autem non genuerit,  
ad dies suos dorem possideat, post decepsum ejus dos ad dancem,  
vel si deest, ad proximos heredes ejus revertatur. Conf. plur.  
SCHILTER. in Exercit. ad Pand. XXXVI. §. 6. 8. seq. ubi, et  
idem apud LONGOBARDOS, WISIGOTHOS, Burgun-  
diones, &c., obtulisse, ex LL. eorum probat (\*) nec non  
illust. HEINEC., Elem. Jur. Germ. L. I. tit. XI. S. 230. seq.  
Quicquid autem mulier suo attulerit marito (\*\*) non do-  
rem suisse, sed maritum, ut legitimum tutorem, in bono-

rum communione, ea solum esse fruitum, adhuc ex  
 ARTICULO XXXI. iuris PROV. SAXON. Wann ein  
 Mann ein Weib nimmt, so nimmt er in seine Gewehr  
 alles ihr Gut zu rechter Vormundschaft; quem locum  
*Idem in Dissert. de marito, Tutore & Cur. uxoris legit. C. II.*  
 §. 16. pulcherrime explicat, constat. Quapropter circa  
 dotem ac donationem pp. nuptias in sensu juris Rom.  
 frustra quid apud Germanos quæsiveris. Sicuti vero  
 multa patrii juris instituta, inguentibus juris Rom. prin-  
 cipiis, & nova vocabula, & simul cum iis novas accep-  
 runt formas, ita & idem hac in materia Germ. contigit  
 juri. Sic vox dotis, peculio isto muliebri ex eo tempo-  
 re adaptata, non minimam juris Germ. post se traxit  
 corruptionem; cum enim simul cum voce sensim sen-  
 simque & jura afflumerentur dotis, non poterat non anti-  
 quus illa bonorum communio, tutela mariti legitima  
 &c. cessare, ac nova quædam ad juris Rom. imitationem  
 bonorum distinctio, in dotalia & paraphernalia, oriri;  
 de quibus, num patriæ nostra gratuler, an eius vicem  
 doleam, dubito. *Idem etiam, de donatione pp. nuptias,*  
 cuius vox e contra doti veteri Germ. apta videbatur, (\*\*\*)  
 dicendum videtur; hæc enim, licet re ipsa jus patrium  
 non extirpaverit, magnam tamen utriusque juris effecit  
 confusione. Sic totalitum, doarium, videlicitum &c. Das  
 Witchum Leibgeding Leibzuge ic. in novam quandam re-  
 degit formam, quippe cum post juris Rom. notitiam ac in-  
 vestigationem, mos inoleverit, ut dos illa muliebris, cum do-  
 te mariti, seu hac nova donatione pp. nuptias (quæ ad  
 ductum juris Rom., doti muliebri ex eo plerumque æqua-  
 lis constituebatur) veluti coniungerentur, & ex hac  
 communi summa, futuræ viduæ certus ac quotannis  
 ususfructus, vel ex prædio, vel ex forte deputaretur,  
 id quod adhuc hodie in plurimis locis, maxime inter  
 Illustres ac nobiles, usu venit vid.inf §. 10. Cumque por-  
 ro sepissime mulieri superstici, certæ quantitatis portio-  
 nisque

nisque in pacis dotalibus adsignatae proprietas (olim enim dos Germ. regulariter saltem in usufructu ad dies vitae consistebat, finito vero eo, ad liberos cætorosque mariti heredes redibat, conf. HEINECC. d. l. §. 253.) ad imitationem donationis pp. nuptias conscriberetur, hinc itidem nova vocabula, quibus alias in specie hac donatis insigniri solet, ut v. g. Wiederlage, Gegenseuer, Gegenvernächtnis &c. excoxitata fuerunt, quibus omnibus tamen, juris Rom. principia ita fuerunt immixta, ut & solidior praxis, restaurata licet a quibusdam *Viris do-*  
*His* nunquam satis laudandis, jurisprudentia Germ., lese vix ac ne vix quidem ex hac utriusque juris pessima confusione extricare potuerit. His præmissis, ad ipsas speciales juris Rom. ac Germ. profiliam differentias.

(\*) Ubi & inter alia ex MARCULPHO concinnum dotis *Franc.* libellum, ex quo non pigebit pauca adducere: *Dulcissima*, incipit, atque amantissima spousa mea ill. ego in Dei nomine ill. Igitur dum taliter parentibus nostris utriusque partis complacuit, atque convenit, ut ego te solido & denario, secundum legem Salicam, sponsare deberem: quod ita & feci. Similiter complacuit nobis --- Id circu per hanc charulariam libelli dotis, sive per festucam atque per antelangam dono tibi, & donatum in perpetuo esse volo, id est, in peco illo, in loco nuncupato ill. super fluvo ill. hoc est manus tantos, cum hominibus ibidem communitibus, vel adspiciens, his nominibus, ill. vel ill. cum terris, tam cultis quam & incultis, sylvis, pratis, campis, pascuis, aquis ---- Insuper etiam dono tibi in pecoribus, id est inter boves & vaccas, inter poreos & vervecos capita tanta, in fabricaturis, id est in auro vel argento sol. tantos &c. Similem quandam Alamannicum ex GOLDASTO referit Illustr. HEINEC. d. l. §. 338.

(\*\*) Qualem muliebrem dotem, vel potius peculum profectitum, alias Faderium, a Vater-Vieh, sic dictum, de quo vid. Illustr. HEINEC. d. l. §. 241. adhuc sub Seculo XIII, maxime vero in pecunia numera ac inter privatos, tenue ac exiguum fuisse, vel ex solo exemplo GUILIELMI Duc. Luneburg: AGNETEN gaff er dem Hertoge van Sassen, mit einem gar groten Brutt-

schatte an Gelde, so tho der Tidt unter den Forsten nicht gebrücklich, quod Idem d. l. §. 243. ex LEIBNITIO, refert, colligi licet.

(\*\*\*) Promiscue piane veteres usos esse vocabulis: *dotalitium, donatio pp. nuptias, sponsalitium*, multis exemplis evincit Illuſtr. a LUDEWIG in *Diss. de doce mariti p. 28 seq.* confi Illuſtr. HEINEC. d. l. §. 244. Quod & suo modo testatur GLOSSA ad *jus Prov. Saxon. lib. I. art. XX.* Die dritte Gabe, inquit, heißt mai das Leibgeding; das ist, *donatio proper nuptias*, Gabe umb der Ehe willen; Unde mirum non est, quod hinc inde utriusque juris principia confusa fuerint.

### §. VIII.

Differentia  
Juris Rom.  
ac Germ.pri-  
ma.

Jure Rom. donatio pp. nuptias primario in compensationem dotis, quam vir in casu divortii lucraturus esset, constituebatur, ut & mulier, matrimonio mariti culpa soluto, vice versa aliquid lucri haberet, juxta leg. 8. C. de Repud. & Nov. 91. C. 2. vid. supra §. VI. secundario vero saltē in compensationem lucri, quod maritus juxta tenorem pactorum dotalium post mortem mulieris, sibi stipulatus esset, per l. 9. C. de Pact. convent. & l. ult. C. de Donat. ant. nupt. item Nov. 97. c. 1. Jure Germ. donatio pp. nuptias (liceat ore Rom. loqui) sive in usufructu certae rei, vel quantitatis, sive in certae portionis proprietate deputetur, eum constitutur saltē in finem, ut vidua pro pristini conjugii honore vitam possit tolerare, illuſtr. Heinec. d. l. §. 249. vel etiam, ut portio ista, quam maritus in casum præmorientis mulieris, ex pacto sperat, compensetur ac remuneretur; de casu divortii vero non scrupulatur jus Germanicum; licet, in casu divortii, culpa mariti facti, portionem quandam mulieri ex bonis mariti adjudicari, mores Germanorum non respuant, & id ipsa suadeat æquitas, vid supra. §. 7. citatam L. B AJOAR.

### §. IX.

Differentia  
secunda.

Jure Rom., & quidem nouissimo, constitutio donationis pp. nuptias non solum necessitatis est, ita ut maritus

ritus ad eam compelli possit, sed &, dote illata, ipso jure constituta censetur, quod utrumque ex d. Nov. 91. c. 2. prono alveo fluit. Jure Germ. vero cum primaria ac impulsiva hujus constituendæ donationis causa, nimirum metus divertii, cesset, nulla marito incumbit, eam conscribendi necessitas, (aliud est, si ipsa lex vel consuetudo v. g. viduis nobilibus dotalitum vel augmentum dotis adiugnat:) multo minus hodie, ut jure Rom. dote illata, ex ipsis legis dispositione tecite subintelligitur (\*) conf. Stryck. us M. de jure dot. §. 14.

(\*) Dissentit Illust. LEYSER. Specim. CCCV. Th. 2. 3. & 4. ibidem existimans: abhuc bodie mulierem, sacerum suum aut maritum, ad donationem pp. nuptias constituendam adigere, immo eandem, licet sibi vivente marito non stipulata fuerit, nibilominus post mortem, doti sua aequali, exigere posse. Verum [quod pace Viri Illust. dixerim] ex l. 7. C. de dot. prom. & l. 20. C. de Don. ante nupt. probatae sunt hypothesis desumere non debuisse; sicut enim ex toto jure C., ita & ex his ipsi legibus, directe contrarium liquet. In l. 7. C. de dot. prom. quæstio moverit: num pater, apud quem bona materna filii existunt, donationem pro filio simpliciter promittens, hanc promissionem ex suis, an filii bonis fecisse sit presumendum? ex deciditur: patrem, hoc ex sua liberalitate fecisse, intelligendum esse, debito [sc. bonis maternis] in sua figura remanente, cuius haec adjicatur ratio: quod offici sit paterni, donationem pp. nuptias pro sua dare progenie; ex quibus tamen concludere: ergo sacer ad donationem pp. nupt. cogi potest, ego quidem nunquam auferim. Præprimis cum ipso JUSTINUS, ad quem haec Conf. d. l. 7. pertinet, in l. 19. C. de don. ant. nupt. nobis plane aliam hujus donationis tunc temporis conditionem depingat, uti verba initialia: Si constante matrimonio consilium augende dotis inierit, vel uxori forte vel ejus nomine quilibet aliis: nibilominus marito quoque licet, seu pro marito cuilibet alii, tanto donationem ante nuptias additamento maiorem facere, quanto dotis augetur virulus. Nec obicit in hujusmodi munificentia, interdictas esse liberalitates tempore nuptiarum; indulgendas esse namque &c. satis innunt, & ex quibus tantum quidem eluceat, quod mulieribus pro singulari beneficio concessum fuerit, ut hac munificentia pro augmentatione dotis, constante matrimonio constitui potuerit non vero,

quod JUSTINUS unquam maritum vel sacerdotum ad donationem  
hanc compellere voluerit. Porro in d I, 20. C. de don. ant. nupt.  
affirmit quidem Imper. nomine & substantia nihil a dote distare ante  
nuptias donationem; verum hæc verba, pro evincenda eadem  
utriusque necessitate, longe non sufficiunt, nisi simul supponere  
velis, & donationem pp. nupt. dari pro matrimonii oneribus quod  
falsum; nec id ex subsequentibus legis verbis: *Sin autem donatio  
quidem talis facta sit, utpote dotali instrumento antecedente, nulla  
autem pacta tali donationi post nuptias inseruantur: re ipsa videatur  
hoc esse pacatum, ut secundum dotales conventiones intelligantur, &  
in tali donatione pacta suissimæ convenientia, ut æquissimis utraque am-  
bulent, tam dos quam donatio, evinci poterit; nam uti verba clare  
indigunt, hic non de constituta, sed constituta donatione ser-  
mo est, & præterea casus pastorum dotalium existentium suppon-  
nitur. Quicquid itaque pro adstruenda hujus donationis neces-  
sitate adduci posset, sane ex jure novis & quidem d. Nov. 91. c. 2.  
desumendum fore; verum nec hæc quid ad nos. Sievit enim  
primaria ratio necessitatis constitutæ hujus donationis, [intel-  
lige divorciæ metum] ob quam mulier non solum maritum ad  
eam constituendam magistratus officio compellere, sed & dote  
illata, in casu soluti ob culpam matiti matrimonii, tandem ipso  
jure, licet nunquam constituta esset, exigere poterat per d. Nov.,  
hodiensem cessat; ita & crederem, maritum nequidem per indi-  
rectum, s. e. dotis inferendæ detractionem, ad id hodie compelli  
posse [casus enim de vidua nobili, cui plerumque ex ipsa lege seu  
statuto ejusmodi dotalium debetur, quem Vir Illusfr. supponit,  
huc plane in censum vocari non potest,] dummodo sibi nihil ex  
bonis mulieris post mortem lucrandum stipuletur. Et denique  
ipse Vir Illusfr. tb. III. in verbis finalibus *Meditationis: Arbitr-*  
itor itaque adhuc hodie viduam post mariti fata, idem lucrum  
poscere ex mariti bonis posse, quod maritus si superflues fuerit, ex  
ipsius bonis accepisset, mentem suam optime limitat, cum non  
obscure casum pastorum dotalium, in quibus maritus sibi, quid  
stipulatus fuerit, indigitat; quod ob æquitatem admitti quidem  
posset, ad necessitatem vero hujus donationis pp. nuptias, eam,  
qua fuit jure Rom., nihil facit, nisi & hic supponere velles, ali-  
quem ad ipsa pacta dotalia, quibus conjuges sibi invicem aliquid  
post mortem promittunt, compelli posse; quod tamen ab-  
furdum,*

§. X.

## §. X.

Jure Romano donatio pp. nupt., ut quasi contraria  
dos, simpliciter dotem respiciebat, hinc & sine ei non  
subsistebat, *l. 20. pr. C. de donat. pp. nupt.*, pacta enim dotalia,  
qua dotem ac donationem pp. nuptias concernerent &  
reciproca essent, ex singulari legis adstantia, ut legitima  
sustinebantur: quodsi vero maritus, citra respectum  
ad dotem, mulieri portionem quandam post mortem lu-  
crandam pacto promisisset, in prohibitionem pactorum  
successiorum incidisset. *Vid. Cap. antec. §. I. & 3.* Jure  
Germ. vero sicuti olim dos mariti, plerumque sine ulla  
muliebri dote, vel portius peculio, locum habebat. *Conf.*  
*III. HEINEC. d. l. §. 251. seq.* ita & hodie ejusmodi donatio  
pp. nupt. in certa portionis usufructu, vel proprietate,  
valide sine ulla dote mulieri superficii (aliud dicendum  
si vel ex Statuto vel etiam consuetudine dotis illatio re-  
quiratur, ut in dotaliis v. g. viduarum nobilium, ex feudo  
debitis, de quibus conf. HORN. *Jurispr. Feud. C. XXI. §. 7.*  
& 8.) ex bonis mariti deputori potest, quod eo minus  
dubium habet, cum tota hereditas hodie detur pacto uni-  
laterali, conf. STRYK *U. Mod. d. l.* ubi recte adstruit: *hodie*  
& *dotem sine donatione propter nuptias, & donationem propt.*  
*nupt. sine dote locum habere.*

Differentia  
Tertia,

## §. XI.

Jure Rom., & quidem novissimo, exacta æqualitas  
inter dotem & donationem pp. nupt. requiritur *p. Nov.* Differentia  
*97. C. 1.* ubi Imperator, ne nimis scrupulosus videatur, *in si-*  
*ne adjicet: Si enim aliquis amplius alio dives est, licet ei per*  
*alium modum, legitiuum tamen & agnatum nostris legibus, cle-*  
*mentiam prebere alii &c.* Jure Germ. vero & pacta inæqua-  
lia circa dotem & donationem pp. sustineri, ex §. ant.  
jam, per argumentum a majori ad minus, constat, & re-  
ste III. LEYSER *d. l. ib. §.: hanc juris Rom. partem, et si etiam*

*per*

Quarta,

per jus Canon C. ult. X. de donat, inter' vir & ux. conformata videatur, numquam tamen recepisse Germanos, sed libertatem pacificandi, ut in aliis omnibus negotiis, ita & hic conservasse &c.

## §. XII.

Differentia  
Quinta.

Jure Rom. & itidem noviss. scrupulose hujus donationis insinuationis necessitatem a JUSTINIANO in Nov. 127. C. 2. ratione mariti, ultra quingentos solidos lucrari cipientis, reductam videmus. Verum sicuti haec Justiniani anxietas debili, quod quivis animadverterit, nimirum fundamento, e contra communes jur. Germ. regulæ in pactis dotalibus ac successoris, ejusmodi differentiam inter maritum & uxorem plane ignorant; hinc & credere, JUSTINIANUM prioristicum in Nov. 19., ubi definit. quod sponsalitia largitas, non magis aliis donationibus annumeranda, sed specialis contractus sit, qui sive insinuetur, sive non, indistincte tamen per omnia suum habeat robur, hodie valere, postquam dotalis, in quo marito ultra quingentos solidos quid conscriptum fuerit, dummodo alia adhuc necessaria requisita, ex hac ratione, non posse impugnari. Dissent. illuf. LEYSER Specim. CCCX. tb. 1. sed vid. Cap. ant. §. 6.

## §. XIII.

Differentia  
Sexta.

Jure Rom. denique mulier, pro varia donationis pp. nupt. constitutione, ratione ejusdem, vel hypothecam in omnibus mariti bonis, vel etiam dominium (\*) in re conscripta habet, & non solum ex mariti concursu pro ratione temporis, sed etiam a tertio juniore creditore vindicare potest, p. l. 29. C. de jure dot. l. 12. C. qui pot. in pign. & Nov. 61. C. 1. Ast jure Germ. mulier ratione ejusmodi portionis in pactis dotalibus depurata, est heres nude pactitia, seu successor singularis, qui nihil, nisi prius

prius deducto ære alieno, capere potest, quod & cum æquitate naturali & patrii juris principiis convenit. Plurimi equidem *DD.*, & quidem solidiores, iniquam hic juris Rom. sub larva donationis pp. nupt. adlicationem animadverunt, & hinc, ut mulier pro temporis ratione, pro hoc lucro inter mariti creditores locari possit, requirunt expressam hypothecam, nec non, ut maritus tempore constitutionis nondum obæratus sit, *STRYK de Suc. ab Int. Diff. VIII. C. V. §. 31.* & *LEYS. Med. Specim. 309. tb. 8;* verum eo ipso profitentur Viri doctissimi, jus Rom. hic adlicable non esse, dum nullibi in jure requiritur expressa hypotheca, sed mulieri in omnibus mariti bonis p. *dd. II.* jam tacitum competit pignus, nec ullibi inter maritum obæratum & non obæratum distinguitur, sed mulier indistincte hypothecariis annumeratur creditoribus, consequenter & anterioribus chirographariis præfertur. Quod vero hanc expressam concernit hypothecam, ne sic quidem iniquitas tollitur; dummodo enim hanc maritis concedamus licentiam, ut mulieribus expressa hypotheca, in futurorum creditorum præjudicium, prospicere valeant, sat sufficietes cautelæ vel potius futeles ad alios decipiendos & defraudandos homines, iisdem subministrantur: Sunt & manent mulieres de lucro captando, e contra creditores de damno vitando certantes, quorum potiorem rationem esse, ipsa sana ratio fuadet (\*\*). Sapienti sat.

(\*) Animadvertis id *Illuftr. BOEHM.* in *Doct. de Aet. S. H. cap. II. §. 15.* ibidemque existimat, ex hoc dominio descendenter rei vindicationem, adhuc hodie mulieri in concursu creditorum utilem fore, cum mulier propter dote consumtam se non teneatur concursui immittere, sed rei suæ in donationem datæ in cunbere posse. Verum sicuti hoc communis illa, erronea tamen, opinione sit taceam, *Virum Illuftr.* pro adstruendo dominio in hac donatione, ad *jus Cod.*, & quidem verba illa: *re & substantia a dote donationem non distare L. f. C. de don. ant. nupt.*, provocare non debuisse,

debuuisse, cum hic, ut totus legis contextus docet, *Imperator* saltem de quantitate loquatur, & insuper in toto *jure C.* de domino hujus donationis altum silentium sit, quippe, dum alias *Imper.* in *Novell. 61.* nil novi introducere ac anterius jus corrigerem posse,] quod donatio pp. nupt. dotis securitatem concernat, submittitur, ita & hoc, licet etiam id admireremus, in unico salienti cafu, nimurum, si res nondum obligata in donationem pp. nuptias conscripta esset, contingere posset; cum tamen de cetero jus tacite hypothecæ cum jure protopraxias, omnino hoc dominio pinguis manereret, quippe dum & contra anteriorem hypothecarium prodebet posset. Ceterum vero cavendum, ne ipsa hujus *Novelle 61.* dispositio, in praxin reducatur, cum alias sèpissime casus possent contingere, ubi mulier ratione lucri hujus donationis, majori, quam dotis ipsius, gauderet privilegio, quod tamen contra bonos mores,

(\*\*) Ratione dotalitii alias communiter a *DD.* distinguitur, num in locum dotis surrogetur, eamque absorbeat v. g. quadruplicatis usuris, an vero præter dotem mulieri adsignetur: priori cafu dotis privilegium, altero vero jus donationis pp. nuptias, h. e. tacite hypothecæ, a tempore illationis mulieri competere fertur. Conf. *MEV. P. I. Dec. 173.* HORN, *Jurisprud. Feud. d. l.* Quousque utrumque obtineat, hac vice non disquiram, cum non tam exjure Com., quam potius cuiusvis loci statuto ac consuetudine feudali, decidendum sit; id saltem adjiciam, ipsum *MEVIUM d. l.* licet alias primario de dotis saltem privilegio loquatur, in rationibus suis decendi non obscure indigitar, donationis pp. nuptias applicationem, & hic claudicare. Sic enim n. 8. *At in posteriori [specie] ex titulo lucrative exigitur, [dotalitium] qui per rationem æquitatis evidenter post NB. omnes alios credidores est;* & in nota hanc adicit rationem: *Satis absurdum, creditoribus suis sum pere-quentibus legitimum auxilium denegare, his, qui de lucro certant paratas leges accommodare, l. fin. §. 5. C. de inv. delib. porro n. 10. & 11.* Sive igitur ex conventione præter dotis restitutionem promittitur dotalitium, sive lege constitutur, non est petitioni locus, antequam satisfit NB. omnibus mariti creditoribus: quod in nota ita explicat: *Pactus debitoris petitio creditorum mutari non debet, Ies. C. de Pac. non praesumitur, legem voluisse creditoribus suis auferre propter alienum lucrum.* Ceterum, quid de privilegio dotis ratione augmenti, seu lucri dotis sentiat, in not. 13. ibidem, basis prodit, ubi ita: *Quando lex & consuetudo est domina omni-*

*am,*

um, l. 2. ff. de leg., potest juri aliorum preferre lucra. Quomodo in Pomerania per privilegia nobilium & longo usū invaluit, ea lucri dotis prærogativa, doti adæquata: qua arguitate id fiat, jam non exanimino. Nullam fuisse plurimis viximus.

§. XIV.

Claudo has meas quales qualescunque de donatione pp. nuptias meditationes, cum verbis B. SCHIL-  
TERI Exerc. XXXVI. S. 86. ubi in collatione Juris Ro-  
mani, cum juris patrii principiis inter alia ita: Quemad-  
modum in jure statutario, ex vetusti juris patrii & superinducti  
juris Romani principiis ac hypothesisibus intermixto, sic etiam por-  
ro in praxi ipsa & rerum argumentis, confuso orta sepa fuit.  
Moribus nostris, primarium in contrabendo matrimonio ex parte  
mulieris est, ut ipsi certum quid ex bonis marii deputetur, unde  
se post mortem ejus exhibere possit: id dotem vocant veteres  
& morgengabam, dotalitium, recentiores ad aemula-  
tionem juris Romani, donationem propter nuptias.


Nomen tolerari facile possit, sed natura plane  
diversa est.



COROL-

## COROLLARIA.

- 1) **J**us Germanicum in Germania est primarium jus.
- 2) Nihil ex jure Rom. quod non salvo patrio jure observari potest, aptum est, vel quod idem, actu primo receptum.
- 3) Minus recte a Legibus, quarum principium repudiatum, argumentatur.
- 4) Recte tamen juris Naturæ principia, quæ in jure Rom. offenduntur dici possunt recepta.
- 5) Pauci apud Germanos eadem, quæ apud Romanos juris publici, vis.
- 6) Non datur inter minorem & pupillum, curatela & tutelam hodie differentia civilis.



## CAPUT IV.

DE

PACTIS DOTALIBUS  
INVALIDIS.

## §. I.

**S**icut ex duobus *anteed. C. C.* luculenter constabit, Connexio  
ob diversam juris patrii rationem, diversam quo- cum priori-  
que esse hodie nōrūm pāctorū dotalium, ab bus II. CC.  
iis, quæ in iure Rom. dēprehendimus, naturam, superstruitur,  
ut & hujus juris principia non, nisi invita omni & quoniam  
ratione, ad praxim Germ. adcommodari queant; ita & heic accipi-  
plane aliam horum pāctorū adstruēdam esse defi- antur pācta  
nitionem, res ipsa docet. Jure Rom., ut sup̄a Cap. II. §. 3. indigitatur  
vidimus, ea saltem despōsatorum ac conjugūm pācta corum defi-  
hoc proprie nomine veniebant, quæ de dote, ac dona- nitione,  
tione pp. nuptias erant concepta: Jure Germ. vero, cum  
non solum omnia conjugū bona, in pāctorū dotalium  
cadant materiam, juxta §. 4. ibid., sed & ipsum matrimo-  
nium concernentes conventiones, hoc nomine soleant  
in signiri, id quod ex vocibus synonymous: Ehepacten,  
Ehezerzen, Eheberedung, Ehestiftung comparet, rectius  
describuntur, per: pācta despōsatorum vel conjugū super omni-  
bus, eorum bonis, ipso ac matrimonio convertita, futuram successio-  
nem & ipsius connubii rationem determinantia. Restat, ut in  
collatione utriusque juris occupati, juxta hunc latiorem  
conceptum, ad specialiora quædam progrēdiamur, ac  
videamus, quo usque heic juris Germ. principiis, præ  
jure Rom. in materia pāctorū invalidorum, competat  
prærogativa. Ubi vero id præmonendum erit, me non  
infinitas illas, ex ipso diversissimo connubiorum statu

J

pro-

profluentes differentias collaturum, eaque, quæ jam ex antecedentibus sua sponte fluunt, heic repetiturum latiusque deducturum, sed in id faltem laboraturum, ut speciales quosdam, jure Rom. invalidorum pactorum conjugum casus, cum contrariis juris Germ. principiis conferam, ac simul evincam, ex his unice esse petendam decidendi rationem.

## §. II.

Pactum dotale, ne ob res invalidum, ubi PAULUS I<sup>ST</sup>CUS inter alia ita: ac ne illa quidem pacta servanda sunt, ne ob res donatas agatur, (h. e., ne tur, ex juris donatio, ab uno in alterum conjugem facta, revocetur,) Rom. principiis non valet. Notabile in l. s. ff. de pa*t*ti. dot. occurrit pactum dotale divertitorum licentiam fuisse, *Supra Cap. II. §. 1.* demonstravi, licet alii primario, ad veterem illam mulierum in manus maritorum conventionem, confugiant. (\*) Quicquid sit, in ipso singulari connubiorum Rom. statu, hujus prohibitionis rationem esse fundatam, nemo facile in dubium vocaverit. Quod vero GREGORIUS noster, in *Cap. 8. X. de donat.* inter Vir. & uxor. ubi haec habentur: *Do-*  
*natio, quae constante matrimonio, inter coniuges dicitur esse facta,*  
*ex qua alter locupletior, & pauperior alter efficietur,* (respicitur forte ad orationis ANTONINI verba, quæ refert ULPIANUS in  
*pr. l. 3. ff. heic) firmatatem non habet, nisi donatoris obitu confirmetur:*  
*que tamen penitus evanescit, si revocetur ab eo tacite, vel expresse, vel,*  
*qui donatum accepit, prius debitum nature per solvit, tam anxie*  
*ac stricte juri Rom. inhæferit, mirari quis potuerit.* Ad antiquissimam illam apud Romanos usitatam in manus mariti conventionem, (ponamus illam fuisse primariam hujus prohibitionis rationem) quæ jam diu in statu L. Rep. cessavit, ac cum ea, quam suo forte tempore inter

inter conjuges viderit, communione, nulla ex parte comparanda (\*\*), respicere non potuit, multo minus divortiorum licentiam, tanquam sue dispositionis rationem supponere, quippe, quam Ipse, ni fallor, ac *Antecelfores* sui, jam ita coactaverant, ut huic donationi non magis obstare posset. Ast, quid mirum, quod hicce PETRUS noster, in tenebris illis microscopiis suis uti non potuerit? quid mirum, quod in scitis juris *Lati* sepulti antea, nunc vero vires recipientis suas, subsisteret? & quid denique mirum, quod & hæc, jure *Pontif.* confirmata juris Rom. pars, ad Germaniæ foræ, suas voluerit protendere manus? Dico: *voluerit*, licet hucusque non, nisi aliquam confusionem in praxi efficeret potuerit; quapropter illis, qui rotunde afferunt, donationes inter conjuges, non solum iure *Civili* ac *Pontificio*, sed &, totius *Europe* consuetudine, esse interdictas, gratulor quidem animitus, interim tamen velim, mihi permittant, posterius, qua nostram Germaniam, paulo accuratius inquirere.

(\*) Has duas rationes conjungit *Illiust. BOEHMERUS in Jure Ecclesiastico*.

*L. IV. T. 10. de donati, inter V. & Ux., cumque animadvertis, id, quod in l. 1, l. 3, & l. 31 ff. *beic*, de moribus majorum dicitur, tam ad antiquissimum, quam ad recentiorem connubiorum statum quadrare, totus totus est in eo, ut hos, pro diverso matrimonii statu, diversos quoque Romanorum mores conciliet, ac demonstret, antiquissimam illam in manus conventionem, introduceudi primitus recipienda, divortiorum facilitatem vero, retinendi conservandique hujus juris fuisse rationem. Deßissima ac laboriosissima *Illiust. Viri deductioni*, equidem nihil detrahere auserim; id saltem adjiciam, mutatione matrimoniorum introducta, i. e., neglecta in manus conventione, divisione bonorum in dotalia ac paraphernalia inventa, maxima denique divortiorum licentia suborta, plane diversa etiam, ac cum prioribus vix compatibilia jura exitisse: h. e. donations ex eo simpliciter fuisse prohibitas, ac invalidas, ita, ut nec morte confirmari, nec inter alias personas conjunctas, iunctu matrimonii sibi quid donantes, magis subsistere potuerint,*

donec ANTONINUS, hunc veteris juris aliquantum relaxavit rigorem, vide *supra C. III. n. 1.*

[\*\*] Differentiam antiquissimam Rom. conjugum communionis, ab ea, quam majorum nostrorum debemus institutis, quæque in plerisque Germanie locis, non obstante juris Rom. receptione, adhuc conspicua, ino, per ipsam jurium peregrinorum inventio-  
nem, quippe, qua distinctionem illam bonorum in *hereditaria*  
& *acquisitiva*, in plerisque locis fastulerunt, aucta magis ma-  
gisque est, optime alias *Illustr. BOEHMER d. l. §. 76.* exponit:  
*Equidem, inquit, olim etiam jure Romano, quædam communio in-*  
*ter conjuges usitata fuit, verum ab hac, quæ inter Germanos ob-*  
*sinit, longe diversa. Jure Romano enim uxor erat in manu*  
*mariti, & uxor bona ad maritum devolvabantur, ut magis iure*  
*proprietatis ea possideret, solo usu communii relatio uxor, cum spe*  
*incedendi - - Ab iure Germanico vera magis communio inter*  
*conjuges locum habuit, ex natura societatis individuae & arctis-*  
*fime, quæ in conubio doperbenditur, quod Germani magis sim-*  
*plicitatem juris Gentium fecuti videantur, cum Romani suam*  
*communionem, vel quasi, ex alio subtiliori & rigidiore fundamen-*  
*to traxerint. Hinc, tutela legitima, bonorum pro indiviso pos-*  
*fessio, acquestus conjugalis, successio statutaria &c. quæ omnia*  
*jus Rom. ignorat.*

### S. III.

In iure patrio, & validam, & invalidam inter coniu-  
ges deprehendimus donationem, verum ex plane alio,  
quam iuris Latii fonte promenantur. Valida regulam  
constituit, ac in communi pactorum validitate fundatur,  
nec requirit ad subsistentiam suam, ut confirmetur mor-  
te: Invalida ad exceptionem pertinet, & partim ex solo  
heredum iure, partim etiam, ipsa diversa bonorum qua-  
litate, minime vero, ex lubrico quodam, ut apud Romanos,  
connubiorum statu metienda, indeque ita qualificata,  
ut nec morte quidem convalescere queat. De utraque  
coniunctim. Ad antiquissima, si respexerimus patrii iuris  
monumenta, invenerimus, cuivis, qui filios non reliqua-  
rat, statuendi de rebus suis, quicquid voluerit, compe-  
tiisse potestatem. Sic in *L. WISIGOT L. IV. tit. II. §. 20.*  
cautum

Antiquissi-  
mo jure  
Germ, dona-  
tio inter V.  
& ux. in casu  
liberorum  
existentium  
restringitur  
falsum.

cautum legimus: *Omnis ingenuus vir atque femina, sive nobilis sive inferior, qui filios vel nepotes, aut proneptes non reliquerit, faciendo de rebus suis quicquid voluerit, indubitanter licentiam habebit &c.* porro L. V. tit. II. §. 4. qua maritum & uxorem in specie disponitur: *Si mulier a marito extra domum, de quibuscumque rebus, quacunque donatione vel profagatione conquisitis, aut illi debitis, quoconque tempore, quodcumque donatione acceperit, si filii de eodem conjugio fuerint procreati, mulier usque ad diem obitus sui possideat.* Quodsi ex ipso conjugio filii non fuerint procreati, quidquid mulier de rebus suis donatis — facere elegerit, liberam habeat potestatem, nec non §. 7. ibid: *Maritus, si uxori sua aliquid donaverit de hoc, quod ipsa habere voluerit, scripturam manus sua subscriptione, vel signo confirmet: ita, ut duo aut tres ingenui subscriptiores vel signa facientes (animadverte heic iuris Rom. immixtionem) accedant, & sic voluntas ipsius habeat firmitatem &c.* ex quibus omnibus liquide adparet, hanc donationem, in casu saltem liborum fuisse restrictam, de cætero vero validam ratamque Conf. LL. antiquas, quas supra Cap. II. §. 5. in materia successionis pacitiae, nec non Cap. III. §. 7. de dote Germanica, adduxi, in quibus omnibus, fortissimum argumentum validæ inter coniuges donationis, inveneris. Egregium denique, ratæ eiusmodi donationis exemplum, fistunt nobis omnes ferme LL. antiquæ, in vulgatissimo & adhuc hodie usitissimo dono matutinali, Morgen-gaba dicto (\*), uxori, postridie nuptiarum, in signum initi consortii omnis vitæ iurisque universi cum eadem communicati, (iuxta plerorumque DD. ingenii lusum, in commissæ virginitatis proemium, ac operæ nocturnæ pretium) facto, de quo conf. Illuſtr. HEINEC. Elem. jur. Germ. Lib. I. tit. XI. S. 235. seq.

[\*] Quæ donatio ita facta est privilegiata, ut & in rebus sine heredium consensu alias non alienandis constitui potuerit. Audia-

mus Speculatorum Saxon. L. I. Art. 20. Nun vernehmt,  
was ein jeglich Mann von Ritters Art, mög seinem  
Weib zu Morgengab geben, des Morgens, als er  
mit ihr zu Tisch geht, vor Essens, ohne der Erben  
Laub. Er mag ihr geben einen Rinech oder Magd,  
[qui alias juxta ART. 52., cum bonis immobilibus hereditariis  
sine heredam coufensu non alienandis, eodem iure censetur]  
die bey ihren Jahren seynd, gezeunet, Zinimer und  
Feldgeng Vieh. Quod tamen ratione non nobilium in f.  
limitatur: Alle die von Ritters Art nicht seyn, mög  
gen ihren Weibern nicht mehr geben zu Morgen-  
gab, dann das beste Pferd oder Vieh das sie haben.  
Idem Morgengabæ jus in Speculo Slev. C. 67. edit. SCHAN-  
NETTI confirmatur.

Jure mediæ ævi quod attinet, si externum intuea-  
misi vero, par-  
tim ex here-  
dum jure,  
partim e  
bonorum  
qualitate li-  
mitatur tan-  
tum

Jura mediæ ævi quod attinet, si externum intuea-  
misi colorem, videntur illa quidem hanc donationem  
inter coniuges prohibere, verum si paulo penitus rem  
ipsam attenderimus, citra respectum ad quædam specialia  
hereditum iura, ac bonorum qualitatem, nihil disponere  
eadem viderimus, quod ex ipsa matrimonii, ut apud  
Romanos ratione, huic donationi obstat queat. In jure  
Prov. Saxon. Lib. I. Art. 52. Ohne der Erben Laub und ohne  
Gericht, mag kein Mann sein eigen (hereditarium) Gut  
vergeben, non de quibusvis bonis immobilibus, sed her-  
editariis saltē (\*) sermonem esse, iam diu ab Eruditis  
evictum est, & illastr. Dn. Cancell. de LUDEWIG in Diff.  
de Donat. Cap. VI. §. 5. probe monet: Vocem: eigen, heic in  
sensu iuridico esse accipiendam, ut designet Allodium,  
quod Saxon male expressis per appellationem: eigen, loco  
cuius potius: Erb. Guet, substituere debuit, et, quod veteres  
Allodium vocarunt: eodemque sensu, Art. 21. L. I.  
Man mag Frauen wohl eigen geben zu ihrem Leib, mit  
der

der Erben Laub, res ipsa docet. Si itaque Maritus de bonis acquisitivis immobilibus, nec non de quibusvis mobilibus,iuxta subseq. cit. Artic. 52. verba: Alle fahrende Haab aber gibt der Mann wol ohne Laub der Erben, in allen Städten und an allen Orten, liberrime disponere potuerit, quid quo? impediverit, quo minus & in uxorem eadem transferre potuerit? conf. Illusfr. BÖHMER. d.l. S. 82. Ratione mulieris, singularem quandam continet dispositionem, Art. 3. qui, cum misericordia DD. ingenia tarsit, mereatur, ut integer adjiciatur; verba sunt: Mann und Weib haben nicht zweit Gut zu ihrem Leibe, (Mann und Weib en hebbet nyn gewoyet Gut to erme Live) stirbt aber das Weib bey des Mannes Leben, sie erbet keine fahrende Habe, dann allein gerad und eigen, als si das hat, an ihren nehesten. Kein Weib mag auch ihres Guts ichts vergeben ohn ihres Mannes Willen, daß er es durch Recht leiden dorff. Wann ein Mann ein Weib nimpt, so nimpt er sie in sein Gewehr und alles ihr Gut (alii malunt: so nimpt er in sein Gewehr alles ihr Gut) zu rechter Vormundschafft. Darum mag kein Weib ihrem Mann eine Gabe geben, an ihren eigen, oder an ihrer fahrenden Haabe, da sie es ihren rechten Erben nicht entfremde, nach ihrem Tod, dann der Mann mag an seines Weibes Gut kein andere Gewehr gewinnen, denn als er zu dem ersten mit ihr empfing in Vormundschafft. Plerique DD. rationem hujus dispositionis, in ipsa communione, ac tutela legitima querunt, quod, qua donationem mulieris in maritum factam, satis speciosum est, maxime cum ejusmodi donatio, durante matrimonio, nullum plane effectum habere potuerit; si tamen rem ipsam paulo accuratius ponderaverimus, parum aut nihil haec in recessu habere, reprehenderimus. Sicuti enim, ex omnibus aliis patriæ institutis luculentter adpareat, ipsam Germ. communionem in se consideratam,

huic

huic donationi minime obstitisse, præprimis cum eiusmodi donatio, minimum post mortem donantis, effectum suum habuerit, id quod vel solum *jus Lub.* de quo mox, optime probat; ita & inconveniens foret, ex eo, quod, alterum coniugem in communionis detrimentum, nihil facere, nec in tertium posse transferre sua bona, disponatur, concludere velle, ergo, nec ipsos conjuges sibi invicem aliquid posse donare. Obstat evidenter verba posteriora: Darum mag kein Weib . . . dann der Mann . . . verum heic manibus palpara potest, ipsam communionem, vel tutelam legitimam veram non esse causam, sed illam jam in antecedentibus: Da sie es ihren rechten Erben entfremde, latere. Quid vero sibi velint haec: an ihnen eigen, oder an ihrer fahrender Haab . . . & num omnia mulieris bona, an hereditaria ac Geradica saltem subintelligantur? difficilior est quæstio. Communis opinio est, de Gerada heic *saxen* loqui, & veriorem quidem eandem esse contextus docet, interim tamen, rem plane confuse & indistincte ab illo exponi, in oculos incurrit. Quod casum præmorientis mulieris, non mariti, *Speculator* supponit, ipsa verba indigitant: Darum mag kein Weib ihrem Mann ein Gabe geben an . . . da sie es ihren rechten Erben nicht entfremde nach ihren Dod; casu enim mariti præmorientis supposito, non tam in ipsum maritum, quippe qui, constante matrimonio, ut tutor legitimus omnibus uxoris bonisjam utebatur ac fruebatur, quam ejus heredes, in effectu facta fuisset, & mulier non tam suis heredibus, quam sibi potius prejdicasset, quod tamen, & cum textu, & cum natura rei male cohæret; Nunc vero statim ab initio inter fahrende Haabe (bona mobilia in genere) & Gerade (utensilia) distinguit, ac eorum maritum, horum vero proximum cognatum constituit heredem, conf. *Aris. 76.L. III.* & tamen heic pergit, mulierem nullam marito suo facere posse donationem in mobilibus suis, an ihrer fahren,

fahrender habe, sui immemor, cum per se jam potuisset intelligi, mulierem non posse: die fahrende Haab, in maritum donationis titulo transferre, quippe quam ille post mortem, iam proprio iure adquireret; & hinc loco: fahrender Haab, substituere debuisset: Gerard (\*\*). Quod porro vocem: eigen, concernit, sub ea heic intelligi bona immobilia, res ipsa docet; num vero, & heic cum illustr. BÖHM. d. l., ad distinctionem, inter bona hereditaria, & acquisitiva, (quæ alias, qua maritum, juxta sensum juris WEICHBOLDICI, de quo vid. nor. i. b. recte se habet) con fugere queamus, valde dubito, cum præsuppositis ipsius textus principiis, vix, ac ne vix quidem, casus existere potuerit, quo mulier bona immobilia, a se ipsa acquisita habuerit, ut taceam vocem: eigen, in antecedentibus occurrentem: dann allein Gerard und LIEGLI, non, nisi de omnibus posse intelligi bonis immobilibus. Ex his vero præmissis, non potuit non sequens enasci conclusio: Dann der Mann mag an seines Weibes Guet kein andere Gewehre gewinnen, denn als er zu dem ersten mit ihr empfing in Vormundschafft; De rebus immobilibus, quippe quæ iam ex alio fundamento, non poterant sine heredum consenu donari, nullum erat dubium; de rebus mobilibus, von der fahrenden Haab, id per se intelligebatur, de rebus utensilibus, quæ simpliciter ad uxoris heredes spectarent, itidem; quapropter hæc verba, magis effectum, quam rationem, quippe quæ iam in duplice illo, in bona uxoris succedendi iure, tam a parte mariti, quam heredum posita erat, denotant, & sic revera nihil significant, quod, prouti iacent, ac præ se ferre videntur, fundamentum hujus juris prohibitivi contineat. Quicquid tamen sit, singulare quid heic, ratione mulieris esse statutum, facile quis animadverterit, quod non tam ex connubii ratione, quam bilateralí illo irrevocabili succedendi iure, proxime esse derivandum, per se patet.

K

In

In *Jure ALAM.* æque, arctissimam quidem coniugum deprehendimus societatem, ac communionem; sic enim Cap. 271. edit. BERG. p. 50. dispositum invenimus: Mann und Weib mögen nit haben kein gezwentes Guth. similiiter: Ein Weib mag ihres Guths nit geben hin, an [sohn] ihres Manns Urlaub und an seinen Willn: noch ein Mann an seines Weibes Willen; casus donationis, inter ipsos coniuges vero, dispositioni iuris Com. (Saxonici) relinquuntur. (\*\*\*) Omnia clarissimum est *Jus Lubecense*, inter *Statuta particularia*, excepto *Sufatice*, sine dubio antiquissimum, ac potissimum, Lib. I. tit. VI. Art. 1.: Weder Mann noch Weib, wann die in der Ehe sitzen, und Kinder mit einander gezeuget haben, können ihre Güter einander geben noch schenken, daß es zu Recht kräftig sey, es verwilligen dann, NB. die Kinder darein (\*); ex quibus videmus, hanc dispositionem, unice in favorem liberorum factam esse, de cætero vero, in casu non existentium liberorum, liberrimam coniugibus, non obstante communione, sibi invicem donandi esse relictam facultatem, nisi, quod illa in sequenti Art. 2., in casu reciproce omnium bonorum donationis, ad certam solemnitatem restricta fuerit: Welch Mann, oder Frau, die da keine Kinder mit einander im Ehestande geszeugt haben, vor dem Rath treten, und ihr Gut gegen einander reciproce doniren, und ausslassen; Ist dann die Frau hevormundet, (licet enim maritus constante matrimonio legitimus alias esset Tutor, [Ehelicher Vormund] non tamen in rem suam poterat fieri Auctor, quod intellige, non de quovis, inter uxorem & maritum, pacto convento, sed solemní saltem, ac maioris momenti) so ist die Übertragung kräftig, von ihr beydersseits erworbenen Gute, (bona enim hereditaria immobilia, æque hoc iure, non poterant in heredum præiudicium alienari, iuxta seq. tit. 10. L. 1.) doch sollen sie ihnen nechsten Erbnehmen, einen

## DE PACTIS DOTAL. INVALIDIS. 71

einen ictlichen acht Schilling, und vier Pfennig verlassen.  
In quibus omnibus tamen, maxima pars Juri patrii a Romani invenies discepantum. Jus Romanum, ex sola infirma matrimoniorum ratione, hanc improbat donationem, differentiam honorum ignorat, heredum heic rationem non habet; quod unicum tamen patrii juris fundamentum est, & hinc habemus, suppositis suppunctionis, donationem inter Virum & uxor., vel simpliciter validam, vel simpliciter invalidam, (qua posterior tam exceptionem saitem format) nunquam vero regulis ac limitationibus juris Rom. subiacentem.

[\*] Num hicce textus vero, de bonis saltet avitis, von Erb-, Stamm-Gütern, sub quibus intelliguntur, non qua præsens possessio, nec qua pater ipsius quæsivit, sed qua minimum ab avo quæsita, jure hereditario, absque interveniente contractu, ad alienantem sunt devoluta, sit intelligendus? difficultis est quæstio. Usualis interpretatio eandem affirmat: vid. Conf. Elector Saxon. P. 2, ex mente tametur juris communis Saxon, non precise requiri, ut ab Avo devoluta sint, ex ARTICOLO 20. Weichbild, ubi: Mit der Erben Laub, ob es Erbe oder gabhaft Gut ist, das ist, daß es nicht unbedeckt oder ungabhaft Gut seye, also daß ers gekauft habe um sein Geld, denn so mag er es geben wem er will, ohne jemandes widersprechen, conciscere licet; cum ea saltet heic eximantur bona, que quis ipse pecunia, vel quod idem, industria sua acquisivit, conf. BEYER in Specim. Jur. Germ. L. II. C. XI. §. 5. ¶ 7. unde ad subsequentia hujus ART. §2. verba: alle fahrende Haab aber, gibt der Mann wol &c. si forte dubium moverent, facilis est responsio.

[\*\*] Et hinc est, quod STRYK in U. Mod. L. XXIV tit I. §. 1. se seduci passus est, ubi de hoc textu ita: imo inquit, si textus penitus consideratur, potissimum logitur de Gerada, qua sub nomine: fahrende Haabe, intellecta suisse videtur, cum res mobiles uxorum tantum fere, in uenitilibus olim subsisterent, quor-

*sum etiam collimat COLERUS dec. 12, n. 12. Nec enim STRYK,  
nec COLERUS ita sensissent, dummodo verba b. Art. initialia:  
Scribt aber das Weib bey des Mannes Leben, sie  
erbet keine fahrende Haab, dann allein Gerade und  
eigen, attendissent.*

[\*\*\*] Alias *Illiſtr. Bō H.M. d. I. §. 81. ARTICULUM 272. Jur. Alam:*  
Alin Weyb mag ihrem Mann chain Erb gegeben,  
des sy dannoch nicht geerbet hat, und des sy wartet  
tze erben, und also en mag auch der Mann seinem  
Weyb tze gleicher Weise, so mag auch nieman &c.  
huc etiam in censum redigit, & juxta, in anterioribus §§. sup-  
positam differentiam, inter bona hereditaria & acquisitiva, ita  
explicat: *Verba, inquit, hæc duntaxat videntur excludere bona  
hereditaria futura, quorum successionem sperat conjux;  
sed non alia ratio hujus dispositionis est, quam, quod heredi-  
taria, sive præsentia, sive futura, ab omni donatione  
exenta sint, nec legitimis heredibus interverti queant, adeoque  
etiam ad præsentia hereditaria, hæc verba applicari possunt;* Ve-  
rum enim vero, licet bona animadvertam, hanc explicacionem  
Sententiae meæ, non solum non adversari, sed & potius illam con-  
firmare, nec unquam adstruere audeam, *Speculatorum dispositioni*  
*juris Commun. Saxon.* heic aliquid derogare, vel singulare quid,  
ratione conjugum voluisse disponere, camque ipsius fuisse men-  
tem, quod futura bona quidem non, præsentis vero indistincte  
alienati queant; ita tamen valde dubito, num Speculator heic, ad  
bonorum distinctam qualitatem respicerit, & anne potius in  
genere, de futura quadam hereditate loquutus fuerit, vel quod  
idem, numne heic de specie quadam pacti dispositivi sermonem  
instituerit? Ipsa textus verba: *des sy dannoch nicht ge-  
erbet hat, und des sy wartet tze erben, similiter: So  
mag auch nieman dem andern chain Gut geben, noch  
geschaffen, das er dannoch nicht geerbet hat, satis in-  
digitan in specie de pasto quodam, super quavis futura he-  
reditate, esse sermonem, ac fundamentum prohibitionis la-  
tere in nondum facta devolutione, quod tamen indistincte ad que-  
vis bona quadrat: & hinc mallem, cum *Illiſtr. HEINECCIO in*  
*Elem. Jur. Germ. L. II. tit. VI. §. 166. sentire, heic speciem pacti*  
*dispo-**

## DE PACTIS DOTAL. INVALIDIS. 73

dispositivi subesse. Numne vero heic quedam iuris Rom. immixtio, vel si hoc tibi suspectum, aunc regulæ juris Rom. de jure fisci, ex mente Speculatoris exulent? alia questio est; quod posterius ego nunquam negaverim; certissime persuasus, fundam fisci jam diu fuisse exhaustum, nisi alios habuisset ductus ac rivos, conf. *supra C. 1. §. 4. n. 2.* Licet enim quedam, contra ejusmodi pacta, obvia sint *ctorum responsa*, omnia tamen ita concepta esse deprehendimus, ut, re adhuc integra, conventionem de tertii inficii hereditate futura intiam, annulent quidem, de effectu vero *L. ult. C. de Paet.* nil habeant.

[<sup>n</sup>] Evidem MEVIUS ad b. Art., existimat, nec heic, nec alibi in *Jur. Lub.* reperiiri quidquam, unde firmiter colligi possit, circa prohibitionem donationis inter Virum & uxorem discessum esse a jure Com. Quocirca, cum quid statuti expressa correctione heic nihil mutatum reperitur, non aliter sentiendum, quam quod ex donationes, qua jure communii prohibite sint, inter conjuges, & jure Lubec, remaneant prohibite & v. v. Verum, ut taceam, expressiones: *discessum esse a jure Com: expressa statuti correctione nihil mutatum reperiiri*, minus convepienter esse adpositas, quippe, cum *jus Lubec.* ut probabilissimum videatur, sub fine Sec. XII., tempore HENRICI LEONIS Ducis Brunsw., consequenter, diu ante Juris Rom, receptionem, iam conscriptum fuerit, immo a quibusdam *Viris Doctiss.* recte dubitetur, num *Compilator* unquam juris Rom. veram notitiam habuerit, & numne potius ea vocabula, que ex jure Rom. definita esse videntur, a quadam recentiori manu admixta fuerint? ita & manibus potest palpari, hanc dispositionem unice in liberorum esse factam favorem hincque ad solum eorum consensum, sine ullo respectu ad revocabilitatem ipsius donantis, esse restrictam, id quod & subsequens Art. 2, sat clare indigit. Quod porro ipsum MEVII explicationem n. 4. ibid, ita se habentem: *De quibus bonis hic ART. loquatur, non convenient.* Reperi nonnullos, ita explicasse, quod maritus nihil, ne quidem rem minimam uxori, ex quavis etiam jure communio licita causa, sine afferenti liberorum donare posse. *Quos errare nullus dubito, tum per textum expressum in ART. 5. tit. 2. verb:* *Hat er ihr darüber etwas gegeben, tum quia nullibi conjugibus dispositio, super bonis suis, ob liberum ademta reperitur, nisi illa inofficioſa sit, sed permittitur potius, ART. 2. § 3. tit. 9. § 7c.* tum denique quod ipsa verba: *ibye Güter,* & Art. 2. b. tit.

74 CAP. IV.

ad donationem omnium, aut majoris partis bonorum respiciunt, il-  
lamque solum definire volunt, attinet, suspecta illa mihi quidem  
videtur, dum valde dubito, num *Compilator* unquam, ad inofficio-  
sam tantum donationem, prout heic depingitur ab *Auctore*, re-  
spexerit; [inter mediocrem largitatem enim, & inofficiam do-  
nationem, datur adhuc tertium, ad quod tamen textus æque qua-  
drat videatur] si tamen dicendum quod res est, magis contra  
*MEVIUM*, quam pro illo pugnati ponamus enim, ipso liberos,  
in quorum unicum favorēt hæc dispositio facta est, non, nisi in-  
officiam parentis mortui donationem in superstitem factam,  
revocare posse, quanto minus, quo! ipso donans, durante ma-  
trimonio, eandem revocare, & quod semper Germanis turpe vi-  
sum est, proprio facto contravenire poterit?

§. V.

Ex juris Germ. prin-  
cipiis, etiam sententur dona-  
tiones conju-  
gum, hinc di-  
positio d. 1.  
s. ff. de Paet.  
De usu Juris Saxon. Com., in ipsis Germaniae locis, ubi re-  
tentum fuerit, nemo facile dubitaverit, & quidem eo  
minus, cum per sublatam differentiam bonorum heredi-  
tariorum & acquisiitorum, regula magis magisque stabili-  
ta, & adhuc maior coniugibus donandi alienandique  
potestas relieta est: vid. illustr. BÖHM. d. l. §. 86. Jure  
Austriaco, Tirolensi, Boico, Marchico, Franconico, Francofurtene-  
si &c. coniugum donationes, maxime deficiens libe-  
ris, simpliciter, valere, distincte docet. Illustr. Dn. de LU-  
DEWIG, citar. Diff. add. STRYK. in II M. d. l. §. 5. 6. 7. 8.  
ubi & in anteced., idem de Jure Borussico ac Lubecensi, te-  
statur: nec non MEV. ad Jus Lub. d. l., licet hic ægre,  
non usum juris Rom. ferat. Nec desunt alia iura mu-  
nicipalia hanc donationem comprobantia: Sic Jus Nor-  
vicense

eum p. II. reformat. tit. 25. leg. 7. ita disponit: So ein Ehegenosß dem andern in seinem Leben, in Zeit bescheidenlich, aus freyer Willkür schenkte, und umbezwingen würcklich übergebe und einanwoortete, alsdann ist dieselbe Gab oder Schenkung kräfftig: Similiter Hamburg. p. III. tit. I. art. 14.: Die Erben mögen ihr auch nicht weigern ziemliche Gaben, doch nicht über den dritten Theil, ihren Mann zu thun von solchen wollgewonnenen Güthern &c.; Quæ Jura tamen, si quis posthabitatis iuris Germ. principiis, juxta philosophiam SICARDI ad rubr. C. de Donat. ante Nupt. n. 12, ubi de Morgengabe ita: *Quamvis hodie illa donatio babeatur pro valde valida, propter errorem juris, tamen ego puto non tenere, propter rationem, quæ traditur communiquer in tit. de donat. inter V. & ux.* Certum enim est, quod illa donatio sit, jam constante matrimonio, post copulam. Ita si solveretur morte uxoris, vel divorcio, crederem, esse invalidam; ita consulti, sed fui irrisus, ex regulis juris Com. metiri, ac credere vellet, eadem, minimum ipsis coniugibus reliquise revocandi licentiam, mereretur sane, ut eodem censeatur iudicio, quod de SICARDI recte fert illuſtr. BÖHM. d. l. §. 84: Merito, inquit, suo derisu fuit SICARDUS, quia in ipsa Germania jura docens demonstravit, se jurium patiorum proſsus imperitum, & peritia juris peregrinatantum tinctum fuisse, quod Romani quoque in scitis improbarunt, turpe esse, afferentes, causas oranti - - jus, in quo versaretur, ignorare. In primis vero notatu digna sunt, quæ idem Vir illuſtr. d. l. §. 75. habet, ubi, postquam diversissimum Rom. & Germ. connubiorum statum descripsérat, pergit: Equidem allegant, mortuo donatario, ante donationem, adhuc hodie facultatem revocandi superesse, quod tamen iidem rarissime eventit, quia vix ulla provincia deprehenditur, quæ de successione conjugum, quæ revocatio ut plurimum impeditur, aliquid non disponat, ut mihi nunquam casus de revocandis bis donationibus oblatus fuerit, quantum quidem memoria aſſer-  
qui

qui possum. Ex his omnibus vero, facilime dijudicaveris, quid hodienum magis, hac in materia, Juri Rom. tribuendum, quidque de iis sentiendum, qui in pandectarum officina tantum desudantes, viridam observantiam tituli de donat, inter V. Alex., crepant, & iuxta supra §. 2. adductum PAULI I<sup>st</sup>ri principium, sentiunt, adhuc hodie, pacta, circa coniugum donationem, interposita esse nulla ac invalida, cum tamen, si dicendum quod res est, eadem, suppositis domestici iuris principiis, magis sint inutilia, ac supervacanea, quam invalida.

## §. VI.

Jure Romano quævis pacta dot. qua liberis adimunt legitimam, ac matrimonii legitimos tollunt effectus, improbantur, hinc omnia matrimonia sunt æqualia.

Progrederior ad aliam, & quidem nobilissimam Juris Rom. maxime Novisini, & Germanici in hac materia, differentiam. Indubitatum ac firmissimum est iuris Rom. principium, liberis ex iusto matrimonio natis, deberi legitimam (\*), quippe iuris auctoritate iisdem adsignata, nec aliis pactis vel ante, vel postnuptialibus parentum, adimendam, arg. l. 35. C. de Inoff. testam. & l. 3. C. de collat. Porro, licet ius Rom. in concubinatu, speciem matrimonii inæqualis comprobet, (\*\*) de cætero tamen nullam inter æquale, ac inæquale matrimonium, agnoscit differentiam, sed utrique eosdem attribuit effectus, ita, ut & coniugibus inæqualis alias conditionis, aliter caveni interdicat licentiam, id quod utrumque ex l. pen. ff. de ritu nupt. l. 9. C. de incol. Nov. 78. C. 3. Nov. 117. c. 4. & Aut. Sed novo, C. de Nupt., partim directe, partim indirecte fluit. Hæc sua etiam ratione non destituta, & iure Canon. confirmata iuris Civil. principia, ad Germaniæ quidem penetrarunt fora, non tamen tantam obtinuerunt auctoritatem, ut Germani, omnes pristinos abiecerint mores, sibique circa matrimonii rationem paciscendi libertatem simpliciter adimi passi fuerint; ut id exemplis matrimonii, sic dicti Disparagi, & ad Morganaticam

## DE PACTIS DOTAL. INVALIDIS. 77

naticam contracti, quippe qua ex juris Germ.  
principiis sunt metienda, demonstrabo.

[\*] Quarta illa Legitima, a JUSTINIANO postea pro liberorum numero in trientem ac semiensem commutata p. Nov. 18 & 92., quando, & qua occasione inleverit, non constat inter Eruditos. Rediviva jurisprudentie nostrae parens JAC. CUCACIUS, incompertum id sibi esse, facetur Observ. II 21. JAN. a COSTA princ. Inst. de inoff. test. ANTON SCHULTING in jurispr. Ante p. 384. cumque illis Illustr. HEINEC. in Antiq. J. Rom. L. II cit 17. § 7. conjicunt, legitimam illam ab intestato debitarum, ex legis Falcidi rationibus, prudentum interpretatione esse industram, indeque ad AUGUSTI tempora, quibus L. Falcidi am laram esse constat, referendum; quod & probabilissimum mihi videatur. Non obstat, quod quarela iusficiis, qua se tamen ad hanc legitimam referre videtur, jam Libera Repub. obtinuerit, uti ex CICERONE adv. Verr. I. 42. & VALERIO MAX. VII. 7. s. constat; hanc enim ex solo tantum Jctorum cerebro pronapasse, nec certam, ac lege definitam portionem, sed generaliter iustam exhereditationem ac præteritionem, ad similitudinem bonorum possessionis contra Tabulas, supposuisse, jam diu evictum, conf. Illustr. BYNCKERSH. Observ. L. II c. 12 p. 153.

[\*\*] Concubinatus, qui alias in sensu veteris jur. Rom, recte describitur, per coniunctionem liberi hominis, cum fœmina inæqualis conditionis, quam leges in connubio babere non permittunt, licitam quidem, illegitimam tamen, effectibus justi matrimonii, b. e. jure familie & successiois, substitutam, varias passus est mutationes. Ante AUGUSTUM, cum pellicatum coincidebat, nec concubina pellice honestior censebatur, donec sub eodem celeberrima L. Julia, & Papia Popaea lata, qua Cautum erat: quas personas per hanc legem uxores habere non licet, eas concubinas habere jus esto. Ingenuum in concubinatu habere jus ne esto, conf. Illustr. HEINEC. Comment. ad b. L. p. 165. seq., unde per leges cocubinatus nomen acceperit dicitur in l. 3, § 1. ff. de Concub. Ex eo, libertina publico iudicio damnata, questum corpore facientes, ancille, ingenui testatione id manifestum facientes, item obscurulo nate, in concubinatu esse corporunt, ita tamen ut non nisi celibes in concubinatu vivere, nec plures simul, sed unam tantum habere possent. Differebat itaque concubinatus a connubio seu

L juste

justo matrimonio, solemnibus nuptiis pactisque dotalibus, ipsa concubina vero, ab uxore legitima, affectu maritali, ac animi destinazione, unde & liberi exinde nati naturales saltem, non legitimi erant. Huncce concubinatum jam CONSTANTINUS M. in solemne vertendi matrimonium, minimum per indirectum eundem aboliendi, h. e. duriorem liberorum naturalium conditionem faciendi, suscepit curam in l. 1. C. de naturali, quod tamen effectu caruisse, vel ex eo apparet, quod adhuc JUSTINIANUS in l. 5. C. ad SCum Orbis, concubinatum licitam dicat confitudinem. Pedetentim tamen magis coarctatus restrictusque fuisse videtur. Sic jam antea, DIOCLET. & MAXIM. in l. 15. C. deupt., manumissori libertam suam uxorem ducere, permiserant, quod JUSTINIANUS in Nov. 78. c. 3 non solum confirmat, sed & Nov. 117. c. 4. usque erendit, ut quibusvis personis, in maxima etiam dignitate constitutis, pacta consignare dotalia, jubeat, cum addito: *Si autem etiam hoc non custoderint, & ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sanctius, & ex eis natos legitimos esse filios juberemus.* Tandem LEO Sapiens, postquam in novell. 89, publica lege fancivera: *ut sacre benedictionis testimonio matrimonia quavis confirmarentur &c* eundem in Nov. 91. plane profligavit. Interim tamen in Occidente tam alras egit radices, ut subspecie liciti matrimonii, ad Secul. usque XVI, vigorem suum habuerit, conf SCHILTER de libert eccles. Germ. L. VII. C. 2. p. 882; donec sibi initio ejusdem Seculi, Concilium Lateranense quedam decreta, que in 7. Decretal. L. V. tit. 16. c. 1. exhibentur, concubinatu opposuit, que postea, Confess. Ordin. Imperii, in Ordinat. Polit. Augst, de an 1533. tit. 33 & Concilium Trident. in Ses. 25. c. 14. confirmarunt, Conf. Illustr. BOEHM. in Jure Eccles. L. III. tit. 2 per tot. & Illustr. HEINEC. in Antiq. Jur. Rom. Append. L. 1. C. 1. §. 38. seq.

## §. VII.

Inre Germ. antiquo, cu-  
jus adhuc-  
dum vestigia triplex cum imparis conditionis foemina initum,  
quamplurima nonsolum illegitimum, sed & gravissima poena dignum  
superfunt, judicasse. De Saxonum jure testatur ADAMUS BREMENSIS  
*Lib.*

Lib. I. C. 5. històr. eccl., nobilem nobilem, liberum libe-  
 ram, libertum libertam, servum ancillam uxorem de-  
 buisse ducere, hæcque adjicit: *Si vero quispiam horum sibi non quavis inæ-*  
*congruentem, & genere prestantiorem duxerit uxorem, cum vite quali foemina*  
*sue danno componat.* Idem apud Burgundos obtinuisse, &  
 apud Alamannos sese impari matrimonio neccentem, gra-  
 illegitimum solum, sed &  
 vissimam contraxisse maculam, refert. GUNDLING in *Dissert.* sub gravissi-  
 matrimo.  
 An nobilitet venter C. III. §. 30. Sic jam a PHARAMUNDO ma prohibi-  
 an, post Christ. nat. 422., sequentem esse latam legem: tum poëas.  
 Ein Fränkischer Edelmann/ so eine Uedle freyen/ wird auch  
 vor uedel gehalten: wird er aber eine Dienst-Magd nehmen/  
 so soll er aller adelichen Greyheiten enschät seyn/ ex REVES-  
 BARO ac ANDLERO refert, Clar. Dn. WOLFART Pro-  
 fess. Gymnas. Hanov. in Tractat. de Matrim. ad Morganaticam.  
 Sect. II. §. 43. ubi invenies plura testimonia. Hæc dura,  
 perque omnia æva alte Germanorum mentibus pulpitis-  
 que infixa principia, tempora & jura peregrina emollire  
 quidem, nunquam tamen extirpare potuerunt. Con-  
 spicua sunt Regum Francorum, que collegerunt illuftr.  
 BÖHM. in Jur. Eccles. c. l. nec non illuftr. HEINEC. in Ele-  
 ment. jur. Grm. L. I. tit. 13. exempla, que, licet habuerint  
 juris naturalis ac divini requisita (unde & merito a con-  
 cubinatu, quo nomine tamen a plerisque annalibus scri-  
 ptoribusque insigniuntur eisdem ævi, distinguuntur,) rariſſime tamen justi ac legitimi matrimonii effectus  
 habuerunt. Nauseaverunt enim semper Germani in-  
 æqualia consortia, quotquot etiam ritibus ac solemnita-  
 tibus confirmata fuerint, nec unquam imparis  
 conditionis foemellas liberosque inde natos, ad fa-  
 miliae dignitatisque paternæ jura admiserunt. Proma-  
 narunt hinc duæ matrimonii imparis species, nimirum,  
 sic dictum *Disparagium*, & ad Morganaticam contractum,  
 que, licet communiter ab Eruditis distinguantur, revera  
 tamen ex uno eodemque fluunt juris Germanici fonte.

Illud, alias Mesalliance, Misheurath &c. dictum, recte describitur, per *inqueale maris ac feminine confortium*, quod *jura & consuetudines Germanie*, ob *imparem famina conditionem*, vel *omnibus, vel quibusdam privant justi ac legitimi matrimonii effectibus*. (\*) Matrimonium ad *Morganaticam* vero Germania est a ritu adhibito: *Eine Draung zue linken Hand*, nihil aliud est, quam *Viri illustris, nobilis, vel in alia dignitate constituti, & famina inferioris vel plebeja conditionis conjunctio, eo pacto inita, ut nec uxor, nec liberi inde produti, dignitatis paternae aliorumque jurium participes sed ceteris bonis, per paclum dotale morganaticum assignatis, contenti sint*. De hoc succindeste.

[\*] Plurima, hujus matrimonii ipso jure imparis, supersunt in Germania vestigia. Matrimonia Statuum imperii quod concernet, jam diu, haec delicata inter *Eruditos* mota est quæstio; num, cum inæquals nobilis scilicet, vel plebeja conditionis *fœmina, contractum matrimonium, gaudeat omnibus legitimi consortii effectibus, an, ad imitationem matrimonii ad Morganaticam, ejusmodi uxori liberisque dignitas mariti vel patris, iurisque familiae ac successione, sint deneganda?* Prius affirmant M Y L E R ab E H R E N B A C H in *Gamal. Person. Illuftr. Cap. 5. §. 19. STRYK in Traçat. de Difens. Sponsal. Scđ. 5. §. 74.* uer non HORNİUS in *Jurisprud. Feud. C. VI. §. 10*, ubi ex ITTERO exemplum adducit, quod cum *Eduardi Marchionis Badensis filio Wilhelmo, ab Agnatis quæstio de successione mora sit, quod ex Maria Jodoci baronis ab Eicken filia, natus esset, præfato Imperatore Ferdinando II, in judicio Aplico pro Wilhelmo sententia dicta fuerit.* Primarium vero hujus sententia fundamentum, ex jure Com. & quidem Autb. sed novo, C. de nupt. & Nov. 117. C. 4. defumitur. Verum enim vero, sicut plerumque decisiones, in causis publicis, ex jure civili Rom, defumatur, claudicare solent, ita & merito, ac multis majoribus argumentis, contrarium defendunt Illuftr. Cane. de LUDEWIG in Comment. ad Aur. B. P. II. p. 1359, seq. BOEHMERUS in Diff. de secund. nupt. Illuftr. Person. nec non SECKENDOREFF im *Fürsten. Scđar.* P. II C. 7. §. 26 ubi inter alia hac habet: *Nach alten Herkommen des Deutschen Landes vertheylathen sich die Deutschen Fürsten und vornehmlich Reichs-Erä* sunt

DE PACTIS DOTAL. INVALIDIS. 33

sen/ an keine andere Person/ als welche Fürstlichen/ Gräflichen/ oder  
demselben gleichgeachteten Geschlechtes/ welches zumahl im Reich be-  
fand/ und etwa auch den Landes Fürsten/ der da heyrathet nicht unter-  
worfen/ oder Land fähig wäre/ geböhren ist/ und sind Exempel anzuzie-  
hen/ daß im Fall es eine Fürstliche/ oder hoh. Person hierinnen an-  
derst achtet/ und an eine gemeine von Adel/ oder Bürgerl. Standes/  
Person sich vermählt/ es ihnen nicht allein zur bösen Nachrede gerei-  
het/ sondern auch denen also erzielten Kindern ihr Stand und Recht  
zur Landes Regierung sehr beschränkt/ auch wohl aberfandt/ oder sie  
mit geringen Gütern abgewiesen werden. Quod posterius *Land*,  
*LUDEWIG l. c.* mulris corroborat exemplis hancque regulam  
tot argumentis confirmat, ut de veritate ejusdem vix dubium am-  
plius remanere possit. Quapropter Principes Germanie, cum in-  
aequali foemina matrimonium inire cupientes, prudentissime sem-  
per egerint, cum eadem, re adhuc integra, in statum sibi aqua-  
lem per diploma *Cesareum*, evehendam curaverint, nec agna-  
torum neglexerint consensum, quippe, qui forte autenticam: sed  
novo C. de nupt. illuserint, si quis in eadem se voluerit fundare.  
Remainferunt & alia quamplurima, qua ipsos Nobiles ac *Landfas-*  
*sios*, ratione quorum alias, indubitanter jus civile esse rece-  
prium, fertur, in multis Germaniae territoriis pristini juris vestigia,  
prout id, de *Electoratibus Brandenburg.* & *Brunsvic.*, *Saxonia*, *Du-*  
*catu Magdeb.* ac *Westphalia*, testantur *Dn de LUDEWIG l. c.* p.  
1386, & *STRYK* in *Uso Mod. ff.* de ritu nupt. § 7, nec non in *not.*  
ad *BRUNNEM. jus eccl.* Lib. 2, Cap. 16. ad §. 18, quo brevitas  
amore B. L. remitto. Dantur præterea pacta familiarum *Illi-*  
*strium* domestica, ejusmodi imparibus matrimonii opposita, qui-  
bus cantum, ne quis ex iis, qui sunt de familia, feminam inaequa-  
lis conditionis sibi in thori sociam eligat, uti id, de domo *Saxo-*  
*nica*, *Dn. de LUDEWIG* ad *STRYK* exam. *juris feud.* Cap. 7,  
*Ou. 1.*, & de familia principum *Albania*, ipse *STRYK* in *Uso*  
*Mod. l. c.* §. 24. referunt; conf etiam *Laud. Dn WOLFART*  
in *cit. tractat. Seß II.* §. 93, ubi idem in domo *Anhaltina Bran-*  
*deburgica*, *Zollerana*, *Isenburgica* &c. factum esse invenies. Non  
minus etiam particularissima quedam ordinum v. g. *Equestr.*  
*Teuton.* & *Johannit.*, collegiorum Ecclesiarum *Cathedr.*, *Socie-*  
*tatum Ganerbiorum* &c., adstant statuta, quæ, si quis in numerum  
eorum recipi velit, requirunt, ut ex materna eque ac paterna fa-  
milia, majorum imagines recenseantur, eamque prolapsum jure-  
jurando, tum suo, tum aliorum probet candidatus: Dass er sey  
vgm

von echten alten Adel geboren und seine 4/8<sup>o</sup> über mehrere Ahnen so wohl väterlicher als mütterlicher Linie aufweisen könne. De quibus vid. *Dn. de LUDEWIG p. 1385. l. 4c.* & *HEINECC. Elem. juris Germ. lib. I. C. 10. §. 126.*

## §. VIII.

Sedes hujus, de matrimonio ad *Morganaticam*, doctrina est II. feud. 29., ubi hæc occurunt verba : *Quidam habens filium ex nobili conjugé, post mortem ejus non valens continere, aliam minus nobilem duxit, qui nolens existere in peccato, eam despónavit, ea lege, ut nec ipsa, nec filii ejus amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore sponfaliorum, v. g. decem libras, vel quantum voluerit dare, quando eam despónavit : Quod Mediolanenses dicunt accipere uxorem ad *Morganaticam*, alibi Lege Salica. Ipsi in proprietatem non succedunt aliis existantibus, sed nec in feudo etiam aliis non existentibus, qui legitimi sint, tamen in beneficio minime succedunt. Et c. ad quorum faciliorem intellectum paucissima adhucdum erunt præmittenda. Constatit ex §. anteced. maiores nostros ab impari ac inæquali maris foeminaque consortio, non solum maximopere abhorruisse, sed etiam eo usque exercuisse duritatem suam, ut & gravissimis poenis aliisque incommodis afficere illud, haud dabitarint. Quemadmodum vero, ab hoc pedetentim discesserint rigore, maxime, cum Romanorum, de concubinatu philosophia, ad eos penetrare, eorumque animos demulcire cœpit, [\*] ita in specie Franci primi fuisse videntur, qui ejusmodi toleraverint inæquales conjunctiones, novumque iisdem adjecerint colorem. Concubina enim in eo potissimum ab uxore legitima distabat, quod sine solemnibus nuptiis, sine dote, privato assumeretur pacto, cum alias mariti legitimis ueribus dotem constituerent, ac solemnies cum iisdem celebrarent nuptias. Cum vero pristinam alte mentibus impressi essent mores, ut funditus vix ac ne*

ac ne vix quidem eradicari possent, indeque imparis fortis foeminae, dotatione licet interveniente, non tamen paris consortii viderentur capaces; hinc media Franci incedebant via, hoc est, inter legitimum matrimonium & concubinatum, tertium confuerudinis inveniebant genus, ac ducentes imparis fortis foemellas, iisdem certi quid ex bonis suis deputabant, quo contentae cum libris nascituris, de cætero a dignitate ac hereditate futura mariti patrisque essent exclusæ. (\*\*\*) Ad hanc Francorum consuetudinem se se heic referit *Compilator juris Longob.* in verbis: alibi, *Lege Salica*, idque, quod in genere *Francorum* moribus debebat originem, huic in specie *Legi*, (in qua tamen alias, nec vola ejus, nec vestigium occurrit) attribuit. Confer. illuſtr. HEINEC. *Elem. jur. Germ. Lib. I. tit. 13. §. 301.*

[\*] Cæterum tamen, ad imitationem *Juris Rom.* stricte in limitibus concubinatus subtilitate videntur Germani. Sic enim CAROLUS M. in Cap. Lib. II. C. 42. concubinatum ab uxore distinguit: *Quicunque, inquit, filiam suam viro babenti concubinam, in matrimonium dederit, non ita accipendum est, quasi eam conjugato dederit, nisi forte illa mulier, ingenua facta, & dotata legitime & honestata publicis nuptiis videtur.* Non est conjugii duplicatio, quando concubina reticita, uxor affluitur, sed profectus honestatis. Similiter Lib. 7. Cap. 41: *non omnis mulier, viro juncta, uxor est viri, neque omnis filius heres est patris.* Itaque aliud est uxor, aliud concubina, aliud ancilla, aliud libera, quæ quidem, ex jure Rom. hausta esse, res ipsa docet.

[\*\*] Hinc, cave, si scriptores ac annales ejusdem ævi legitti matrimonii, vel e contra, concubinatus injiciant mentionem, existimes, ejusmodi constitutudinem ex omni parte legitimum matrimonium, vel etiam ex altera parte, verum fuisse concubinatum. De PIPPINO legitimus, quod nobilem & elegantem quamdam ALPHEIDAM, soleanni more duxerit, & ex ea inter alios generit CAROLUM MARTELLUM, cui tamen post mortem patris, præmortuis licet omnibus, ex PLETRUDE uxore legitima, suscepimus filii, Franci negotium facessere non desierunt,

MOA

non ob aliam, ut recte suspicatur illusfr. HEINECCIU<sup>S</sup> I. c. §. 303. causam, quam, quod ex impari matrimonio natu<sup>r</sup>a fuerit. Sic etiam CAROLUS M. apud STEPHANUM PP. III. in Cod. Carol. epist. 45., quandam HIMMILTRUDEM nobilem virginem, legitimo conjugio copulatam habuisse fertur; de quo conjugio tamen, apud PAULUN WARNEFRIED. de Episc. Meten p. 76. edic.  
Pitb. hæc legimus: *Hic ex Hildegarde conjugé, quatuor filios & quinque filias procreavit; Habuit tamen ANTE LEGALE CONNUBIIUM, ex HIMMILTRUDE nobili puella, filium, nomine PIPPINUM; Ex quibus recte conjecteris, fuisse hæc matrimonia Legi galica contrafacta, vel quod idem, ad Morganaticam, inita, ita ut nec mulier uel liberijura adipiscerentur familiæ successionisque; licet tamen effectus aliquando contrarium comprobaverit; uti & ARNULPHI Imperatoris, ex LUTOWIDA, CAROLIMANNI patris sui secundaria uxore, nati exemplum testatur.*

## §. IX.

Hæc ex statu connubiorum tunc temporis delibata, non minimam cit. textui II. F. 29. affondent lucem. Suggerit nimirum Compilator nobis, duplēm de matrimonio ad Morganaticam conceptum substantialem; a) in impari fœminæ conditione, quam mores in æquale non permisserint accipere consortium, b) in quodam, huic inæquali matrimonio, adjētō paſto, a quo in specie apud Mediolanenses, audierit ad Morganaticam. Prius ex verbis: quidam habens filium ex nobili conjugé, post mortem ejus non valens continere aliam minus nobilem duxit, qui nolens existere in peccato &c. dilucide adparet: [\*] Posterior vero ex verbis: eam despōnsavit, ea lege, ut nec ipsa &c. liquet. Hinc, inter DD. valde agitata qnæctio, quonam nimirum heic sensu vox legis, num proprio, ut ipsam Francorum Mediolanensiumque denotet consuetudinem, ac conjugium ipso jure tale, an impropprio, ut ipsum pactum seu adjectam condi-

ditionem significet, sit accipienda? facili negotio poterit resolvi. Per vocem enim *Legis*, heic ipsum intelligi possunt, & ab eo in specie vocari ad *Morganaticam*, ipse contextus verborum, ac præprimis immediate cohærens particula: Ut, sat satis demonstrat; supponi tamen non minus inæqualem fœminæ conditionem, ex verbis initialibus jam constat; quapropter hi duo conceptus non separandi, sed potius sunt conjungendi. [\*\*] Mores ac consuetudines, ut jam audivimus, non permettebant, cum imparis fortis fœmina, æquale inire connubium; quo tamen ejusmodi fœmina à concubina distinguatur, nec omnibus plane effectibus destitueretur ejusmodi matrimonium, modica quedam intercedebat doratio, ad imitationem *Morgengabe*, unde vox: *Morganatica* orta mihi videtur, licet alii malint, eandem a vocabulo: *Morgengnad* derivari. Confer, *Illust. HEINECC.* l. c. §. 306.

[\*] Ideo graviter errant, qui existimant, verba: minus nobiliter hic exempli causa saltē, vel quia ita in facto forte con-tigerit, a Compilatore esse inserta. Quid enim, hoc supposito conceptu, significarent verba: *non valens continere, nolens existere in peccato?* Hæc, non ad quasvis quadrare secundas nuptias, vel ex eo appetat, quod nullibi inveniamus, secundas nuptias apud *Longobardos* fuisse prohibitas. Hinc potius concludere licet, supponi matrimonium impar ac inæquale, nec non talen fœminæ conditionem, qua juxta mores consuetudinesque, oblitus erit æquali connubio, id quod exempla, aliaque juris patrii monumenta, satis & abunde testantur, confer. §. 7. & 8.

[\*\*] Ex his facile judicaveris, falsissimam esse *HORNII in jurisprud. feud. cap. 6. §. 4.* aliorumque hypothefin, dum ex solo adjecto pacto, naturam essentiamque hujus matrimonii metiantur, inde que sibi matrimonium ad *Morganaticam* cum persona æquali concipient. Licet enim pactum, quo cautum, ne liberi futuri in feudo succedant, subsistere, ego nunquam negaverim, in id ta-

men minime conserferim, ejusmodi matrimonium ex mente, ac genuino sensu juris feudalium, si non simul persona supponamus inaequalitatem, dici posse ad Morganaticam contractum. Sic etiam *Illiusr. BOEHM.* in cit. diff. de secundis uupt ill person. Cap. II. §. 29. nec non *Dn. WOLFART* l.c. §. 67 sibi false persuadent, in exemplo NICOLAI III. Marchionis Ferrarientis, Ricardum Sulciaram Marchionem, eo pacto in thorum recipientis, ut filii ex ea nati, in Mariacionatu Ferrarientis non succedant, exemplum matrimonii ad Morganaticam, cum æquali persona contracti, invenisse; hoc enim non ex lege Morganatica, sed ex II. feudorum 26. §. filii, de quo mox esse metendum, longe lateque evicit HENRICUS COCCEJ. in diff. de Lege Morganat. Sect. IX. add. ill. HEINECC. l.c. §. 313. Ex eodem falso principio, ac malo cit. textuum juris feud. intellectu, alia quædam falsa & confusa promanavit conclusio alleg. HORNII §. 3. l.c. ubi, postquam in antecedentibus (recte alias quidem) deduxerat, præter Status imperii, & alios Nobiles Landstassiosque, ejusmodi posse inire matrimonium, ita pergit: *Jus feud. vero II. feud. 26. & II. feud. 29. primam [conditionem scilicet de exclusione filiorum a successione] tantum probat; de secunda autem [dignitatis privatione] nil habet, nec temere, quod circa bona licet, ad dignitatem est extendendum, atque adeo ex principiis antea constitutis, tantum quoad primam conditionem, alis qui non sunt Status imperii, conjugium Morganaticum inire licebit, nisi probetur, usum & mores in boe vel ipso territorio, etiam quo ad bosce secundam conditionem licitam fecisse, vel quod perinde, eam interpretationem firmasse, qua id, quod de bona dignitate, etiam ad bona dignitatibus extenditur. Quemadmodum enim heic, duo plane diversi textus aperte confunduntur, quod vel ex eo liquet, quod in II. feud. 29. filii Morganici, etiam a proprietatis successione excludantur, in II. feud. 26. §. filii vero, filiis nil, nisi sola in beneficio successio admatur, ex quo tamen, absurdum fore, eosdem Morganicos vocare, ac de omni patris hereditate ejusque dignitate exclusos habere velle, ita & ex genuino, ac secundum modo constituta principia, formato hujus matrimonii intellectu, sua sponte fluit, inaequalem foeminae conditionem, ipsam ingredi hujus matrimonii essentiam, ac ut formale requisitum, in II. feud. 29. supponi, consequenter ea, que Autor de non, apud Landstassios, recepta secunda conditione philosophatur, esse mera supervacanea.*

§. X.

## §. X.

Ad imitationem hujus, apud Longobardos & Francos, usitati ad Morganaticam matrimonii, varia in Germania exempla, maxime Personarum Illust. sunt obvia, quorum adparatum apud COCCY. in cit. *Dissert. de lege Morganatae*, *Sect. V. §. 10. seq.*; Illust. BÖHM. in laud, *Dissert. de secund. nupt. &c.* nec non Illust. HEINECC. d. l. §. 307. habebis. Accessit ratio quedam politica, quæ moverit quosdam Principes, ut hanc matrimonii speciem, præ ordinario, quippe, ex quo suscepti liberi, sibi plenissima jura familiæ, titulum, insignia, cumque iis convenientem pompam ac magnificentiam, non sine familiae detimento, ac subditorum incommodo, vindicaturi essent, elegerint, simulque caverint, ne in multis territoriorum scinderetur partes. Inde etiam aliquando inter Principes, eorumdemque filios primi thori, pacta intervenisse legimus, quibus cautum, ne secunda uxor vel noverca, aliter, quam *Lege Salica*, assumatur, cuiusmodi pacti, *Laud. WOLFART* in cit. *Tract. Sect. II. §. 55.* ex KUCHENBECKERI *Anal. Hass.* coll. 3. p. 15., de OTTONE Landgratio Hassie memorabile refert exemplum; verba sunt: Hochgedachter Herr Landgraff Otto zu Hessen/ hat sich gegen seine Söhne dahin erklähret/ daß wenn ihm seine Gemahlin/ die Adelheit stürbe/ er keines Fürsten/ Herren oder Grafen Tochter nehmen wollte/ damit durch zweyer Kinder das Land nicht zertheilt würde/ sondern wollte eine Jungfrau von Adel zur Ehe nehmen, und die Kinder mit Gelde/ Lehnenschafft und andern Gütern wohl versorgen. Cave vero ex hic conjicias, hanc matrimonii ad Morganaticam rationem Principibus saltem esse propriam, vel Statibus imperii tantum, ex illimitata quadam (ut plurimi male fentiunt DD.) contra ius Com. pacisendi licentia, tale contrahendi matrimonium competere facultatem; prius enim falsum esse, vel ex eo apparet, quod & pro conservatione nobilis familie, eadem aliquando

subesse possit ratio. Posteriorius vero, quemadmodum cum sensu *textus II. Feud. 29.* quippe, qui de nobili in genere loquitur, aperte pugnat; ita etiam cum iis, que juxta §. 7. de impari principum matrimonio sunt supponenda, principiis male cohæret, maxime; cum hicce casus magis ad quandam necessitatem politicam, quam *Principis praerogativam vel reservatum* videatur referendus, h. e. matrimonia Principum ad *Morganaticam*, magis jam ipso jure, quam pœsto sint talia. Conf. *Illustr. de L U D E W. ad A. B. c. l p. 139.* seq. ubi quæstionem: Ob nicht Kaiserliche Majestät befugt die quæstionirte Heurath eines Fürsten mit einer Person Bürgerlichen Standes (vel quod idem nobilis ord.) ex plenitudine potestatis, pro matrimonio ad *Morganaticam* zu erklären? cum elegansissimo adparatu, ita decisam deprehendens: Dass von Kaiserlichen Maj. gestalten Sachen nach keine andere Erklärung zu erwarten (vel potius, ut ex rationibus decidendi liquet: dass Kaiserl. Maj. dem Reichs-Herkommen nach, vielmehr schon verbunden, folgende Erklärung zu thun) als/ dass die quæstionirte Ehe des Mevii, mit einer Person Bürgerlichen Standes, pro matrimonio ad *Morganaticam* (animadverteris, *Viram illustr.* ubi vis, in hac, de *Disparagio* ceu matrimonio ipso jure jam impari, materia, uti vocabulo: *Morganaticam*, id quod, cum in re conveniamus, facile tolerari potuerit) zu achten und die aus solcher ungleichen Ehe erzeugte Kinder von aller Lehens- und Landes-Folge auszuschließen. Ex quibus facile, ad ipsum *Principem*, seu *Statum imperii* argumentari, ac judicare potueris, quæstionem illam, ob ein Fürst oder Landes-Herr Macht habe, ein matrimonium ad morganaticam zu contrahiren? eodem modo decidendam esse.

## §. XI.

*Ipsa tamen quæstio: num Nobili ac *Landaffo*, vel alii Civici Ordinis, sublimioris splendoris tamen Viro, licet inire*

inire matrimonium ad Morganaticam, paulo pleniorem  
meretur discussionem. Quod attinet territoria, ubi ju-  
ris Germanici, de impari matrimonio ipso jure tali, prin-  
cipia retenta fuerunt, vid. supra §. 7. in not. ibi nullum  
erit dubium, nobilium sub hoc pacto morganatico, sibi in-  
æqualem foeminam jungere posse, maxime, cum non  
possint non, eadem jura, quæ in §. anteac. de ipsis Stati-  
bus Imperii vidimus, etiam quoad *Landaffios* obtinere, nisi  
supponamus, ejusmodi imparia matrimonii simpliciter  
esse prohibita, quod tamen ex eo: Dass keine unadeliche  
Person (consequenter auch die Kinder nicht) durch heira-  
then adelich werde; dass der Ehe-Mann seinem Ehe-Gemahl  
keine Geschlechts-Würde mittheilen möge &c.; porro: dass  
verschiedene Fürstliche Häuser (als Thür-Brandenburg / und  
Thür-Braunschweig) die alten Gewohnheiten wieder erneuert/  
und ausdrücklich in ihren Lehens-Sätzen versehen haben/  
dass welcher Lehen-Mann/ aus Bauren/ oder andern gemeinem  
Stande heirathen würde/ auf desselben Kinder/ weder der Adel  
vererbet/ oder auch die Lehens-Folge solcheit angebeihen/ viel-  
mehr alle und jede von der Lehens-Folge quegeschlossen seyn sol-  
ten/ sunt (paucis mutatis) verba *Illustris Cancel. de LUDEV.*  
*l.c. p. 1363. & p. 1386.*, mimine sequitur, maxime si contrahen-  
tes sese his juribus ac consuetudinibus submittere velint.  
Itaque saltem videndum, quid juris, qui illa loca, ubi prin-  
cipia juris Rom. invaluerint, & ejusmodi imparia matri-  
monia ipso jure pro æqualibus, ratione effectus juris ci-  
vilis, habeantur, obtineat? num, dico, in his locis *Land-*  
*affios* aliisque civici ordinis in dignitate constitutis per-  
sonis, simpliciter sit interdictum, tale pactis dotalibus  
constituere matrimonium? Communis ferme *DD. Schola*,  
juris Rom. principiis inhæret, ac negativam, nimirum; non,  
nisi Principibus licere ejusmodi contrahere matrimonium, ad mi-  
nimum, nullum habere hoc pactum effectum, amplectitur sen-  
tentiam; cui etiam *STRYK. in Tract. de Dissen. Spons. Sect. V.*

M 3

additus

addictus, ubi §. 12., licet in antecedentibus concesserat, con-  
fuetudines Feudales in Germania esse receptas, adeo, ut  
vim legis habeant, nec ejusmodi matrimonium amplius  
pro illegitimo reputari queat, ita tamen concludit: Non  
tamen ita generaliter hoc passu receptum puto Jus Feudale, ut  
cuivis Vassallo liceat, sub pacto morganatico, uxorem sibi jungere,  
sed potius, hoc solis Imperii Statibus reservatum censetur, (atten-  
de erroneum de hoc matrimonio conceptum, & confer  
§. ant. in f.) ut hinc, si alii Statum Imperii Landas-  
sii & Vassalli, sive Nobiles illustres sint, tale connubium inire ve-  
lint, consenserit Domini territorii opus habeant: obligantur enim  
bi LL. consistorialibus ordinariis, a quibus hoc matrimonium, tan-  
quam anomalam discedit; & jus Feudale quoque, ultra receptionem, nemini licentiam concedere potest, haecque Responso (\*)  
confirmat. Ast salva res est, & affirmativa verior, imo  
facilis ad haec omnia responsio. (a) Constitutiones spe-  
ciales, v. g. Consistoriales non presumuntur Juri Com.,  
quale est Jus Feudale, derogare, hinc opus est expressa  
prohibitione, quam tamen in paucissimis saltet invenies  
locis; multo minus Jus Civile Rom. tanquam peregrinum,  
Juri Feudali, tanquam demestico indeque pri-  
mario, ultra modum, quem haec vel illa regio sponte re-  
cepit, quid potest detrahere; nec valet argumentum:  
haec vel illa Germania pars eatenus pristina abjecit jura,  
ut matrimonium inaequale non magis ipso jure habeatur  
impar, ac effectibus juris civilis carens; ergo omnis licen-  
tia, circa hanc matrimonii rationem, quid pactis dotali-  
bus determinandi, est ademta ac sublata. (\*\*) Quia propter  
non video, quo jure, qua nobiles, aliosque in dignitate  
constitutos viros, hoc ad legem Morganaticam, cum impa-  
ris sortis foemina, initum matrimonium improbari, ac  
conditio: ne jurium familie & successionis, ultra in pactis dotali-  
bus assignatam portionem, cum liberis sit pariceps, pro non ad-  
iecta reputari queat. Nec enim juri divino nec naturali  
repu-

repugnat; nemini sit injuria; nemini auffertur jus quæsumum; familiæ conservationi inservitur, & quæ hujus rei sunt plura argumenta, quæ habet. HORNUS c. l. & BEVER in *Specimine juris Germ.* L. l. C. XXIV. S. 8. seq. quo B. L. remitto.

[\*] Ipsum quod attinet responsum, partim id falsis nititur rationibus, partim, ad ipsam materiam matrimonii ad *Morganaticam* revera talis, parum aut nihil facit. Ad sequens enim factum & quæstionem: Hat ein gewisser Edelmann im Stift Brechmen nachdem er bereits erwachsenen Kinder aus voriger Ehe gehabt, sich anderweit mit einer Edelmanns Tochter verheirathet, jedoch die Pacta dotalia dahin aufgerichtet, daß zwähr zwischen beyden Personen eine wahre Christliche Ehe seyn / und die erzeugten Kinder vor recht ehelich geboren gehalten werden / jedoch dabei erweicht / daß dieses ein matrimonium ad *morganaticam* seyn / und daher eines aus dieser Ehe erzeugten Kinder nicht mehr als 1000 Thlr. haben, im übrigen aber von aller Erbschaft gänglich excludiret seyn sollen: Da nun aus dieser letztern Ehe ein Sohn vorhanden / welcher bereits etliche 20 Jahr erreicht, so wird gefragt; Ob dieser Sohn nicht mit den übrigen Kindern zu seines Vaters Erbschaft in portionem filialem zuzulassen / oder ob er de necessitate juris, sich mit denen in der Ehestiftung benanndten 1000 Thlrn. vergüthen müsse; subductis (sed male) rationibus dubitandi ac decidendi, ita responsum legimus: So erscheint bieraus allenthalben so viel, daß der aus anderer Ehe erzeugte Sohn / des ausserichteten Pacti *morganatici* ungeachtet mit denen Kindern erster Ehe zu seines Vaters Erbschaft in portiones æquales zuzulassen seyn; in quo ipso casu tamen *J. C. Wittebergenses testante HORNIO d. l. §. 2 contraria [& quidem recte] fuerunt sententiae. Licer enim hei in rationibus decidendi rectissime indigetur, ex genuino textus II. Feud. 29. sensu ad substantiam matrimonii ad *Morganaticam* requiri, ut uxor sit minus nobilis, hinc matrimonium quæstionis, ut *Morganaticum* non substituisse, ex eo tamen pessime concluditur, quod ipsum adjectum pactum de exclusione ab hereditate paterna, sit invalidum, & pro non adjecto habendum. Hoc enim patrum dummodo *Vir B.* à principiis juris *Civillis Rom.* abstinuerat, & textum II. Feud. 26 in censum redigisset, omnino potuisse silvari, filiusque ex secundo matrimonio natus, ab hereditate paterna excludi, vid. nota seq.*

[\*]

[\*\*] Alii quod mirandum pro tuenda *negativa*, in ipso se fundant jure Feudali provocantes ad texum *II. Feud.* 26. filii, qui ita se habet: *Filiū nati ex una persona, cum qua matrimonium, tali conditione, contractum est, ne filii ex ea nati patri ab intestato succedant, in feudo succedant, nam quamvis ratione improbetur talis conditio, ex usū tamen admittitur: & hunc texum Laud. WOLFART in cit. Tract. §. 76.*, hunc in sensum detorquet: quasi loquatur, de liberis ex matrimonio, cui a parentibus pactum *morganaticum* adjectum sit, ortis, adque feudorum successionem, non obstante pacto admittendis, eam nimur ob causam, quod ejusmodi pactum apud *Longobardos* improbetur, licet apud alios usū admittatur: quem in finem posteriora verba: *Nam quamvis ratione improbetur talis conditio, ex usu tamen admittatur ita transponit: Nam quamvis ex usū [juxta suam hypothesis: apud alios populos] admittitur talis conditio: ratione tamen [Jure Longobardico] improbatur:* Verum enim vero, sicuti heic ab *Auctore* falso nomine matrimonium ad *Morganaticam* concipiatur, dum saltem de sola exclusione a feudo agitur, cuiusmodi pactum tamen non effici mulierem filiosque *morganaticos*, quippe; cum ampla hereditas patris allodialis esse, imo mulier ejusdem ac majoris dignitatis, hoc pacto assimi queat, vid. §. 9. not.; ita etiam *Autoris* explicatio, & verborum transpositio, uti in oculos incurrit, est falsa, perplexa ac valde erronea. Compilator enim juris *Feud.* non aliorum populorum, sed *Longobardorum* nobis depingit consuetudines, ideoque vox *USUS*, si non in specie de aliis sermo sit, non nisi de *Longobardorum* jure, subintelligi potest. Hinc verba: *Nam quamvis ratione improbetur talis conditio, de ipsis Compilatoris judicio, quippe, cui forte nimis durum ejusmodi visum est pactum; verba vero: ex usū tamen admittitur, de ipsa Longobardorum consuetudine, sunt accipienda, adiecta columnmodo voce: NON, h. e. Filiū nati ex - - in feudo NON succedunt; nam quamvis ratione - - usū tamen admittitur.* Et hunc esse genuinum texum sensum, ac veram *Compilatoris* mentem, ipsa naturalis verborum connexio fat ac abunde demonstrat. His vero suppositis, facile judicaveris, quid de sententia, nomine

nomine Regiae Svecicae Curiae provincie, in Ducatu Brem., a Facultate iur. Witt. m. Augusti an. 1700. dicta sit sententia dura, quam habet Laud. HORN in adpend sub N. VI. sequentis tenoris: Auf Klage Except. &c. Dass die Klage nicht statt hat &c. Rat. dub. Ob nun wohl Kläger zu Behuff solcher seiner Intention aufsühret/ dass das Jus Feudale an einem Theil in genere in Deutschland andergestalt nicht/ als so ferne es an einem und dem andern Ort hergebracht/ gültig/ andern Theils insonderheit der *textus II.* Feud. 29. von dem Ducatu Mediolanense verfasst / demnach sofort auf andere Lande nicht zu erstrecken; Hiernechst allein von Standes-Personen/ worunter aber Klägers und Beflagter Vater Benedict V. nicht gehörig/ zu verstehen/ sowol an Seiten des Weibes/ personam minus nobilem präsupponire/ da hingegen Klägers Mutter Magdalena M. mit erneidten ihrem Ehemanne gleichen Adel-Standes gewesen. Worzu komme/ dass die zwischen Klägers Eltern ausgerichtete Ehe-Pacta allenfalls nur der Mutter/ keineswegs aber Kläger als einem tertio, so zu der Zeit noch nicht geboren gewesen/ auch vermöge berührter Ehe-Pacten selbst als recht ehrlich gehalten werden sollen/ nachtheilig seyn können/ und demselben Inhalts des Mitter-Rechts die Erb-Stamm-Güther/ so wohl von dem Väterlichen Vermögen/ nach Verordnung gemeiner Rechte/ wenigstens die Legitima vollständig verbleiben müsse. Rat. dec. Dennoch aber und dienent das Jus Feudale commune allerdings pro portione Juris Germanici zu achten/ auch in denen Reichs-Constitutionibus mit ausgedrückten Worten confirmiret zu befinden; hiernechst was insonderheit den Text in II. Feud. 29. betrifft/ selbiges denen Worten nach/ in gemein obne Unterscheid derer Herter/ auch von solchen Personen/ deren eine nobilis, die andere aber minus nobilis, verfasst/ gestalt dem darinnen zwar die Benennung des Matrimonii ad Morganaticam contracti, nicht aber auch die Sache selbst denen Mediolanensisbus zugeeignet wird/ da beneben angeregtes Wort: nobilis keineswegs von denen Reichs-Ständen/ sondern inmassen ex II. Feud. 52. zu erkennen/ & in sensu latiori, also auch von denjenigen/ so adelichen Geschlechtes/ und gleichwohl eines andern Hoheit unterwürfig/ zu verstehen/ ingleichen vermittelst des in angezogenem Textu II. Feud. 29. befindlichen andern Worts: minus nobilem, nicht sowohl differentia speciei, als gradus angezeigt wird/ bey welchre Bevandtnis/ und da Benedict V. der Adelere ein guter von Adel/ hingegen dessen anderes Ehe-Weib/ Magdalene

lene M. in Absehung derer von Verlagten in der Exception-Schrift N. 3, angeführten uns von Klägern in der Replie N. 4, meistens ehebeil eingeräumten Umständen/ comparative pro minus nobili gar wohl zu achten/ übernthe Dispositio Juris Feudalis auf gegenwärtigen Fall fühllich gezeigt werden mag. Worzu kommt/ daß nicht sowohl auf die in facto II. Feud. 29, angegebene Umstände/ als vielmehr auf die eigentliche Ration solcher Disposition, damit durch gleiche Succession derer Kinder erster/ und anderer Ehe ancheinliche Familien nicht geschwächet/ sondern dem Lande zum Besten bey gnusamen Kräften erhalten werden mögen/ das Abschren zu rich-ten &c. Rekissime heic *jus Feud. Longob.*, pro portione juris Germ. [ quippe dum constat, illud non ex Italia in Germaniam, sed primitus e Germania in Italiam esse translatum ] accipi: recissime quoque esse responsum, non nego: febriculosem vero supponi fundamentum, & male ex II. Feud. 29. [ quem tex-tum ab Auctore, sicuti & a plurimis DD, minus restre intelligi, jam supra ad §. 9., noravi ] argumentari, ac potiori jure, ex II. Feud. 26 §. *Filiis*, decidendi fundamentum defumendum fuisse, manu palpaveris. Praterquam enim, quod Auctor heic iterum ex falso suo, de hoc matrimonio principio, quod jam supra §. 9 n. 2. notavil, argumentetur, ac falsissime hujus introducendi ineundique matrimonii, rationem, ex solo pacto, ac familiarium conservatione metiatur, quippe quæ auge in II. Feud. 26, fundata est; sic etiam erronee superstruitur, per verba: **minus nobilem**, non tam differentiam speciei, quam gra-dus denotari, cum tamen textus ex ipsa Germanorum consue-tudine explicatus, sat clare evincat, diversam potius ad hoc matrimonium requiri conjugum conditionem ac statum, & hinc per verba **minus nobilem**, non tam comparativum, quam negativum ac contrarium sensum, h. e. matrimonium cum **non nobili** esse accipendum. Et sic in hoc Horniano Re-sponso, revera reprehendes sententiam, ex falsis rationibus deci-dendi veram, & in supra adducto Strykiano, decisionem, ex quibusdam veris decidendi rationibus falsam, id quod horum duorum textuum confusio efficit.

## §. XII.

§. 12.

Multa præterea sub *titulo ff. de Pact. Dot.*: JCtis Romanis improbantur pacta dotalia, quæ tamen ex juris patrii principiis commode possunt salvare. Sic v. g. *Ulpianus in lege. z. b. tit.* pactum dotalē, quō conventum, *ut quoquo modo dissolutum sit matrimonium, liberis intervenientibus dos apud virum remaneat*, inutile esse reputat, in casu scilicet, ubi maritus morte præventus fuerit, quod tamen ceteris paribus hodie, donatio-  
nis inter virum & uxorem validitate supposita, invalidum haud fuerit. Simili ratione pacta: *ne omnino dos repetatur in leg. 12. §. I. b. tit. vel: ut langiore die restituatur l. 16. b. t. salvare* possent. Quid quod, nec ipsi Romani sibi in suis bene constant principiis, pacta, que dotis caussam non reddunt deteriorem comprobando, pactum vero: *ne ob impensas necessarias maritus agat*, ex subtili quadam & supervacanea ratione, quod scilicet haec im-  
pensa dotem ipso jure minuant, reprobando *L. 5. ff. hic.* Ad posse hanc in rem **STRYKIUS** Usū modern b. tit. §. 8: ad-  
mitti, inquit, *quidem potest, hoc sensu has impensas dotem ipso iure minuire, quod maritus tam diu dotem retinere possit, donec solvantur impensae*, ut Paul. in c. l. 56. hanc sententiam explicat. Verum nihil obstat, quo minus iuri retentionis possit renunciari, cur non ergo pactum adductum valeret. Accedit, quod maritus ex post facto uxori impensas remittere, immo testamento legare possit, KOHL de paſt. dot. p. I. n. 80. Cur non ergo id per-  
missum esset, pacto antecedente id ipsum facere? Cum itaque Germani magis ad fidem paſtorum, quam nimiam subtilitatem re-  
spexerint, puto in praxi tale pactum servandum esse, quorū etiam collimatis **GROENEWEGEN** de Leg. abrogat. ad. c. l. 5. b. t. Sic denique quæſtio circa pactum: *ne de moribus agatur*, (\*) de quo in cit. leg. 5. prooem., fruſtranea plane & inutilis est, idque eo magis, cum jam a Justiniano per *Conf. L. II. in fine Cod. de repul.* hoc de moribus judicium sublatum fuerit.

[\*] Quid significet: *de moribus agere?* docet **ULPIANUS** in fragmentis tie. 6. §. 12. C<sup>o</sup> 3. *Morum*, inquit, nomine graviorum quidem sexta, (pars doctis sc.) retinetur, leviorum autem octava: *Graviores mores sunt adulteria*

adulteria tantum, leviores oijnes reliqui. Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote, quæ annua bima, tria die reddit debet ita. Propter maiores mores presentem dotem reddit, proper minoris senum mensum die. Olim tamen etiam mulieres ob graviores mores dotem amisisse totam, constat ex Plinii Histor. Natural. Lib. 14. cap. 13.

## §. 13.

Fidejussores, ne dentur pro dote, jure cautum esse communii, notum cuivis. Existimarent enim Romani, fidejussoris constitutionem non carere contumelia, L. 17. §. ult. ff. de Testam. sur., si quando uxor majorem fidem habeat fidejussori extraneo, quam marito, cui tamen animum corpus & omnem tradiderit vitam, L. 8. Cod. de paſt conv. Pignora tamen, quod mirum, pro dotis constitutio conservatione permittunt Romani L. 7. §. 6. ff. de Donat. inter vir. & uxor, cuius differentiae ratio redditur hæc, quod pignus rei, fidejussor vero detur personæ, quam vero distinctionem, qua substratam materiam, merito quis ad ridiculas, lepidas & ineptas retulerit. Et hinc est, quod Germani fidem pactorum rationemque magis, quam Romanorum hiueas fecuti distinctiones, huic philosophiæ omnem precluferint introitum. Fidejussionem enim a marito sponte oblatam valere, præjudicio comprobat CARPOVIUS P. 2. Conf. 42. Def. 17. & ita quoque Ius Lubencense Lib. I. tit. 5. art. 10: Es darf niemand gegen seiner Ehefrauen, damit er unverheirathet, oder auch ihren freunden, ihren Braut-Schak verbürgen, intelligendum esse, recte conjicit MEVIUS ad h. art. Parentibus quoque uxor, aliisque, qui dotem promiserunt, moderna consuetudine fidejussores a marito exigere licere testatur FABER in Cod. Sub. L. V. tit. 14. def. 4. idemque in Pomerania juris esse docet MEVIUS P. 2. Dec. 367.

## §. 14.

Pœnas denique secundarum nuptiarum, qua binubi prohibentur secundis conjugibus plus relinquere, quam uni ex liberis prioris matrimonii, l. 6. C. de Sec. Nupt. nec non Novellam 22. qua cautum, ut binubi proprietatem bonorum a primo conjuge in se, vel immediate, vel mediate, h. e. per liberorum haereditatem pro-

profecta, prioris matrimonii liberis conservare teneantur, in viridi adhuc esse observantia, nec defuper pacta valere dotalia, testantur HUBERUS in *Prælect. ad ff. Tit. de sec. nupt. §. 12.* & LEYSERUS in *Meditat. ad ff. Spec. 300. de sec. nupt.* ubi varia in medium afferit præjudicia. Rationes hac vice non disquiram, relinquento cuvis æquo rerum censori status connubialis Romani & Germanici differentiam expendendam. Hoc saltem, qua praxin plurimorum Germ. locorum dicam, Juri Germ. superstitibus conjugibus bona a prædefunctis delata plenissimo conferenti jure, præ scitis Latii Juris competere prærogativam. Sic jure Saxon. prov. L. I. t. 20. cautum legimus: Bleibt sie (das Weib) aber bei den Kindern, oder bei des Mannes Erben, lang, oder kurz, ungezweyet mit ihrem Gut, wenn sie sich dann von ihnen scheidet, so nimt sie alles ihr Recht an dem Gut das da ist, als sie es hatte nehmen sollen, da ihr Mann starb ic. Clarius Lib. 3. t. 76. Stirbet einem Weibe ihr Mann und bleibet sie in des Mannes Gut ungetheilet mit den Kindern, lange weile, oder kurz, wenn sie sich dar nach theilen, so nimt die Frau ihre Morgengabe Gerade, und Mußtheil an allen dem Gut, das dann da ist, als sie es nehmen sollte, zu der Zeit, als ihr Mann gestarb. Hatt aber die Frau einen andern Mann genommen, und wäre er zu ihr und den Kindern in das ungetheilte Gut eingefahren, und stirbet dann das Weib, der Mann behält alle des Weibes fahrende Haabe. Juxta hæc contra usum harum Pœnarum in Collegiis suis responsum judicatumque fuisse, testantur CARPOZOVIVS. P. 2. C. 43. def. 17. BERLICHIVS P. 3. Concl. 29. n. 46. & BERGERUS in *Oeconomia juris* p. 117. Quid extra Saxoniam sit juris dubitatur. LEYSERUS cit. Spec. th. 5. & 6. autumat, statuta superstitioni conjugi portionem adjicientia statutariam, ex Jure Rom. interpretanda esse. Verum enim vero, quemadmodum mihi semper hæc statutorum, utpote maximam partem ex limpidis juris Germ. communis fontibus promanantium explicatio displicuit, ita & merito accedo STRYKIO de Success. ab intest. Diff. I. C. 2. §. 8. Portio enim statutaria est instar legitimæ jure Justinianeo ignoratae, & ex

com-

communione bonorum, Germanis ab omni usitataevo, fluit; qua itaque queso! ratione, dispositiones Rom. locum habere hic possunt? Quid jure Lubecensi aliisque veteribus statutis obtineat? docet quotidiana praxis. Idem de statutis recentioribus h. e. post introductionem Juris Civ. Rom. conditis statuerem. Cum enim pena non sint extentenda, non puto, Justinianas secundarum nuptiarum penas, ad illud beneficium extendi debere, quod nova Principium lege simpliciter & pleno jure deferatur, sunt verba S T R Y K I I c. l., conf. M E V I U S ad Jus Lubec. P. 2. t. 2. art. 12. Vides itaque multa hic pactis caveri posse dotalibus, quæ juri improbantur Romano. Plures in medium possent proferri casus, ast sufficiat dixisse.

Tantum

### S. D. G.

### Errata Potiora.

- pag. 3 lin. 1 pro: *u affectat*, lege: *affectu ut.*
- pag. 6 lin. 10. pro: *obſervantu*, lege: *obſervantur.*
- pag. 6 lin. 25 pro: *Germ. lege: Rom.*
- eademque pag na lin. 19 post: *ac Rom. iur. lege: in Republica nostra origi-*  
*ne auctoritateque praesenti, & Keſnerus de defectibus; corrige quoque ibi-*  
*dem conspectum in margine hunc in modum: Kulpiſſi ac Keſneri vero in*  
*defectu peccat.*
- pag. 9. lin 1. pro: *Saxonum*, lege: *Saxoniam.*
- pag. 10. lin. 26. pro: *Steini*, lege: *Stein.*
- pag. 11. lin. 2. pro: *viabatur*, lege: *videtur.*
- pag. 22. lin. 17 pro: *ipſo*; lege: *ipſa.*
- pag. 27 L. 36. pro: *deferretur*, lege: *deferratur.*
- pag. 69. totius columnæ R. perversum ac præposteriorum deprehenderis ordinem, nec non ad §. 8 9. o 11. confectus plane omisso.
- pag. 94. que lin. 15. & sequ. in parenthesis dicuntur, commode deleri possunt, quippe cum eadem, paucis in erexitis lineis, reperantur.
- Reliquæ, & que interpolationis lege, irreplerint vitia, benignæ humanissimi Lectoris relingo censuræ.

## COROLLARIA.

I.

Datur jus divinum positivum universale, h. e. toti generi humano, in personis illud repræsentantibus, a Deo datum, & ex solo verbo revelato, non ex rationis sibi relicta dictamine deducendum cognoscendumque: Dissent. THOMASIUS in *Fuud. J. N. & Gent. Cap. proem. §. 16.* & in *Observ. 27. tom. 6. Obseru. Hallens.* nec non B. BUDDEUS in *Instit. Theolog. mor. P. II* passim.

II.

Est vel Morale, vel Ceremoniale, vel Forense; ad prius merito referuntur leges matrimoniales: ut prohibiti polygamiæ, divorpii ac incestus in linea collaterali.

III.

Hinc pactum dotalis, quo maritus sibi licentiam plures superinducendi uxores stipulatur, est contra jus divinum positivum, & consequenter invalidum.

IV.

Idem dicendum de pacto dotali, quo maritus ac uxor plures, quam, quæ jure divino comprobantur, divorpii causas, licet alias admodum sint rationabiles, sibi stipulantur.

V.

Levit. XIIIX. non personæ, sed gradus prohibiti sunt, hinc matrimonium cum mortua uxoris forore initum est verus incestus.

VI.

*VII.*

Potestas maritalis etiam ex juris naturæ principiis, maxime vero ex generis masculini præstantia deduci potest: quapropter PUFFENDORFF de Jure N. & Gent. Lib. VI. C. I. §. n. ibi eandem, ex solo mulieris pacto, derivans, notam meretur.

*VIII.*

Hinc pactum dotale, quo potestas, quæ alias ipso jure marito competit, transfertur in uxorem: Daz die Frau den Huet haben soll/ est invalidum, nullum ac cum ipsius connubii ratione pugnans.

*VIII.*

Idem dicendum de pacto, quo maritus jus castigandi uxorem, remittit, Dissent. STRYK. in U. M. Tit. ff. de Ritu Nupt. §. 44., nec non de pacto: quo maritus operis obsequialibus, officialibusque uxoris reuniat: Daz Sie mit der Haushaltung nicht beschwehrt werden/ im Hause nicht arbeiten/oder, etwas angreissen/ sondern nur lediglich ihrer Commodität pflegen solle.

*IX.*

Nec pactum, ne mulier maritum domicilium mutantem sequi teneatur: Sie bedinge sich das einmahl für allemahl/ daß der Mann hier in der Stadt bewohnen bleibe/ fals er aber anders wohin zöge/ so wolle Sie mit ihm zu ziehen nicht gehalten seyn/ sondern bey den Thürgen bleiben/ valet. Conf. STRYK d. l. §. 49.







Greifswald, Diss., 1738-Q



SB



B.I.G.



1739, 4  
15  
26

JOACH. GOTTH. SPARMANNI  
J. U. D.  
TRACTATIO JURIDICA  
DE  
PRÆROGATIVA  
JURIS GERMANICI  
PRÆ  
JURE-ROMANO  
IN MATERIA  
PACTORUM DOTALIUM

IN ALMA GRYPHICA  
ANNO MDCCXXXIX ET XL.  
DUABUS DISSERTATIONIBUS  
PUBLICE PROPOSITA.

---

GRYPHIS WALDIAE  
apud JOHANN JACOB WEITBRECHT Senat. Bibliop.  
Anno 1742.

[Fras. i Aug. Balthasar]